MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80541-18

AUTHOR:

WARNCKE, PEDRO

TITLE:

DE DATIVO PLURALIS GRAECO.

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1880

Master Negative #

92-80541-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Warncke, Pedro, 1859-
De dativo pluralis Graeco. Dissertatio...quam scripsit...Pedro Warncke... Lipsiae, typis J.B. Hirschfeldi, 1880.
64 p. 21 cm.

Thesis, Leipzig.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS SA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
DATIVO PLURALIS GRAECO.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA,

QUAM SCRIPSIT

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM LIPSIENSIUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

PEDRO WARNCKE
SUERINENSIS.

LIPSIAE,
TYPIS J. B. HIRSCHFELDI.
MDCCCLXXX.

GEORGIO CURTIO

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

PIETAS.

VITA.

Pedro Georgius Warncke Suerini, in Megalopolitanorum civitatis capite, natus sum die XII. mensis Februarii anno h. s. LIX. patre Carolo matre Laura e gente Wigandtiana, quos adhuc superstites esse valde laetor. Aetatis anno decimo in patriae urbis gymnasium Fridericianum sum receptus, quod sub C. C. Hensii auspiciis etiam nunc floret. Cujus potissimum viri doctrina et humanitate factum est, ut antiquitatis graecae et romanae animus amore incenderetur et admiratione. Maturitatis igitur testimonio instructus vere anni h. s. LXXVII., ut philologiae studiis operam darem, Lipsiam me contuli, ibique per fere sex semestria interfui scholis et exercitationibus praecipue Virorum Illustrissimorum G. Curtii, M. Heinzii, L. Langii, O. Ribbeckii, E. Windischii, F. Zarnckii. Nec non Berolini per sex menses commoratus sum, ubi audivi Viros Clarissimos Ad. Kirchhoffium, M. Lazarum, Jo. Schmidtium, H. Steinthalium, Ed. Zellerum.

His omnibus viris, singulari ingenii doctrina ornatis optimeque de me meritis, gratias ago maximas semperque habebo. Prae ceteris autem Georgii Curtii, Viri Amplissimi, insigni animi benevolentia valde me obstrictum esse confiteor.

POTIORA COMPENDIA SCRIBENDI.

Ahr. = Henr. Lud. Ahrens, de linguae graecae dialectis.
  I: de dialectis aeolicis et pseudaeolicis, Gottingae 1839;
  II: de dialecto dorica, Gottingae 1843.

Ascoli, Krit. Stud. = G. J. Ascoli, Kritische Studien zur Sprachwissenschaft; autor. Uebers. von Reinh. Merzdorf und Bernh. Mangold, Weimar 1878.

Cauer, del. = Paulus Cauer, delectus inscriptionum graecarum propter dialectum memorabilium, Lipsiae 1877.

Curtius, Abh. = G. Curtius, Abhandlungen der philol.-histor. Kl. der königl. Sächs. Gesellsch. der Wissensch.
  — Erl.[3] = Erläuterungen zu meiner griech. Schulgrammatik, 3 Aufl. Prag 1875.
  — Grdz.[5] = Grundzüge der griech. Etymologie, 5 Aufl. Leipzig 1879.

Leo Meyer, decl. = gedrängte Vergleichung der griech. und latein. Declination, Berlin 1862.

Morph. Unters. = Morphologische Untersuchungen — von **Hermann Osthoff** und **Karl Brugman**. I: Leipzig 1878; II: Leipzig 1879; (III: Leipzig 1880).

Rzach, Ap. Rh. = Alois Rzach, grammat. Studien zu Apollonios Rhodios, Wien 1878.
  — Hes. = Alois Rzach, der Dialect des Hesiodos, 1876.

Schmidt, voc. = Joh. Schmidt, Zur Geschichte des indogerm. Vocalismus. I: Weimar 1871; II: Weimar 1875.

PRAEMITTENDA.

> „Der vorherrschende Charakter unserer Wissenschaft wird doch immer der der methodischen, unendlich ausgedehnten Beobachtung bleiben."
> ASCOLI, krit. Stud., einl. Brief p. III.

Ad dativi vel potius locativi pluralis in lingua graeca terminationum miram varietatem, qua factum est, ut hae 14 formae: *οισι, οις; ᾱσι, ησι, ῃσι, ῃς, αισι, αις; ασσι, ασι, εσσι, εσι, σσι, σι* exsisterent, fieri non potuit, quin jam diu viri rerum grammaticarum periti animos studiaque adverterent. Sed de hujus inconstantiae, quae aliarum dialectorum alia ratione speciem praebet Proteo simillimam, origine quamquam a multis viris iisque doctissimis explicationes prolatae sunt, tamen cum ita inter sese illae sunt discrepantes tum nuper publici juris factae tantopere a vero abhorrere, tantam linguae inculcare mihi quidem videntur anomaliam, ut in illis acquiescere nequeam atque denuo hanc quaestionem in examen vocare non inutile fore arbitrer. Ceterum pro quaestionis difficultate nequaquam omnia me ad liquidum perducere posse confido, sed satis mihi erit, explicationem jam dudum prolatam nunc paulo accuratius et plenius explicatam et stabilitam ad majorem probabilitatem adduxisse.

Atque jam ita mihi rem institui, ut in tres partes omnem dissertationem dividerem. In prima perlustrabo et uberius recensebo eas sententias, quae adhuc de terminationum illarum origine et progressu a viris doctis prolatae sunt. In secunda parte totam materiam, id est omnes dativos pluralis numeri, qui inveniuntur in litterarum graecarum monumentis, secundum stirpes et terminationes digestos in tabulas referam, summamque operam impendi, ne quod exemplum me subterfugeret.

Sed alterius tantum declinationis [1]) in consonantes exeuntis rationem inibo, stirpium in *α*, *ο* desinentium terminationes jam in priore parte, quam breviter fieri potest, astringam. In tertia parte graecis illius casus formis cum linguarum cognatarum collatis, quantum in me situm est, operam dabo, ut falsis opinionibus jam in prima commentationis parte refutatis difficultates, quae se offerunt, expediam atque id quod de illarum terminationum origine et progressu persuasum habeo, explanem.

Appendicis loco dativorum in *-εσσι* et *-σσι* usum epicum adumbraveram, quia non inutile fore arbitror, quibus versus locis vel maxime hae formae contineantur, quibus in formulis sollemnibus persaepe adhibeantur, de ea re conspectum praebere. Sed ne nimis hic libellus accresceret, hanc commentarioli partem typis exscribendam non curavi.

---

1) In hac distinctione secutus sum G. Curtium, Erl.[3] p. 52 sq.

CAPUT PRIMUM.

Recensentur sententiae de dativi pluralis in lingua graeca terminationibus prolatae.

§ 1. *Praecipue de ea re agitur, utrum unum fuerit omnium dativorum suffixum primigenium.*

Antiquitatis quidem grammatici omnes, quoniam ex sermone attico, in cujus solius formis normam ac regulam spectabant, singulas dialectorum differentias explanabant, ut in omnibus ceteris ejusmodi quaestionibus ita in hac re prorsus nihil valebant, sed explicationes plane vanas et futiles protulerunt. Atque duplex quiddam proprium est veterum grammaticorum: primum enim uni cuidam linguae graecae dialecto formas ab attica consuetudine discedentes attribuere, deinde affectionibus quibusdam arbitrariis explicare solent.

Ita Ϝ litteram aeolicam appellari nemo ignorat (Ahr. I p. 30), quamquam ex linguis cognatis, ex graecae ipsius linguae vocabulorum formatione, ex titulis singularum dialectorum omnibus dialectis eam communem fuisse apparet. Nec minus notum est, thessalicum dictitare grammaticos veteres genetivum in *-οιο* desinentem (Ahr. I p. 221 adn. 5), fortasse propterea, quod in hac dialecto usque ad recentiorem aetatem genetivus in *-οι*, ex *-οιο* correptus, vigebat (Ahr. l. c., Cauer, del. p. 124), qui apud Aeoles et in severiore Dorismo vulgo in *-ω* exit. (Ahr. I p. 111; II p. 203). Quid igitur miraberis, quod etiam longiores dativos pluralis in *-οισι*, *-αισι* et in *-εσσι* exeuntes Aeolibus attribuerint veteres grammatici? (Ahr. I p. 111 adn. 7; 115 adn. 6).

Gregorius Corinthius quidem (ed. Schaefer, p. 610 sq. § XXXV) de *-εσσι* suffixo haec verba profert: *τὸ Τρωσὶ καὶ*

γυναιξὶ κοινόν, Τρώεσσι καὶ γυναίκεσσι γράφουσιν (nempe Aeoles), ἀπὸ τῆς εἰς -ες εὐθείας τῶν πληθυντικῶν προσθήκῃ τοῦ -σ καὶ -ι ποιοῦντες τὰς δοτικὰς τῶν πληθυντικῶν, οὕτως καὶ Αἰάντεσσι καὶ Λαχήτεσσι καὶ ἐπὶ τῶν παραπλησίων. Nec minus aeolica vocatur illa dativi plur. forma in schol. ad Il. A, 4, ubi legimus: κύνεσσι· κυσίν· Αἰολὶς ἡ διάλεκτος, aut in Etym. Gud. (ed. Sturzius p. 354, 10), ubi commemoratur: κύνεσσι, δοτικῇ τῶν πληθυντικῶν· οἱ γὰρ Αἰολεῖς ἀπὸ τῶν εἰς -ες εὐθειῶν τῶν πληθυντικῶν προςθέσει τῆς -σι συλλαβῆς ποιοῦσι τὴν δοτικήν, et fere eadem verba exstant in Anecdotis Oxon. (ed. Cramer I, p. 241, 12), ubi quod προθέσει τῆς -σι συλλαβῆς dicitur, librarius peccasse videtur. Quibuscum grammaticis consentiunt Tzetz. Epex. 66, 27 et ad Hes. Opp. 238. Nec sane sine ulla ratione judicant illi grammatici, quia illas pleniores terminationes usque ad recentissimam aetatem in aeolicae dialecti titulis fere solas vigere satis notum est (Ahr. l. l.).

Atque de -εσσι formationis explicatione in usitatis illis et tritissimis explanationibus, ut in omnibus ejusmodi quaestionibus[2]), aut de pleonasmo quodam arbitrario aut de diaeresi vel dialysi cogitantes acquiescunt veteres grammatici. Priorem quidem opinionem jam supra legimus apud Greg. Cor., ubi προςθήκῃ τοῦ -σ καὶ ῑ secundum nominativum pluralis aut in Etym. Gud. et in Ann. Oxon., ubi προςθέσει τῆς -σι συλλαβῆς illam dativi plur. -εσσι formam exstitisse discimus. Quam vero inter -εσσι et -σι terminationem attico sermone probatam intercedere rationem putaverint veteres grammatici, non comperimus.

Aliter igitur Eustathius p. 802, 28 ex breviore longam formam παρενθέσει vel παρεκτάσει explicat, cum l. c. legamus: δυσὶν, ἀφ᾽ ἧς τὴν δύεσιν (leg. δύεσσιν) Αἰολεῖς ἐπεξέτειναν. Sed ejusmodi explicationes arbitrariae cum jure verear, ut cuiquam arrideant, ad recentiorum sententias iam accedamus.

Verum etiam hujus aetatis veteres philologi fere omnes, perversis de linguae natura et indole opinionibus devincti, ut

2) De formis verborum contractorum adsimulatis veterum grammaticorum explicationes diligenter congessit Bernh. Mangold, Stud. VI p. 142 sq.

Aug. Matthiae (gr. Gr.[2] p. 88), ad veterum grammaticorum refugiunt famosas explicationes, neque opus est, in eorum opiniones accuratius inquirere.

Aliquanto tamen sanius de hac quaestione jam judicavit Frid. Thiersch, gr. Gr.[4] p. 167 sq., utpote qui variarum terminationum investigare conatus sit primigeniam. Quam vero quod -σφιν esse opinatur, unde omnes ceteras magna cum audacia et violentia explicet, id probari nequit. Neque enim -σφιν, sed -φιν est suffixum, ut ex ναῦφι Π 246, κοτυληδονόφι ε 433 apparet; atque in στήθεσφι, ὄχεσφι pura stirps conservata est ut in σακέςπαλος, σακεςφόρος. Plane igitur alia sunt -σιν vel -σσιν et -φιν suffixa. Miror tamen equidem, quod jam ille de -εσσι formationis origine et progressu eandem fere sententiam protulerit, quam alii viri doctissimi. Sed ipsius verba audiamus: „ε vor εσσι (ut in ἔπεσσι, βέλεσσι), inquit ille, verdoppelt sich, um die Form für das Bedürfniss des Verses zu erweitern, also — — ὀχέεσσι, ἐπέεσσι, βελέεσσι. Wird von βελέεσσι u. ä. der Stamm (βελε-) abgelöst, so bleibt für den Ausgang -εσσι übrig, und dieser ging dann, unabhängig von den Formen auf ε, an denen er ursprünglich haftete, auch auf andere über.“

Nec minus ut Thierschius, qui metro nimium attribuerat auctoritatis, ad illud refugium, philologis diu magnopere acceptum, recurrere dubitat Mehlhornius, gr. Gr. p. 133, etsi quia permulti etiam in prosa oratione inveniuntur dativi in -εσσι, jam ea re refutatur levissima illa sententia. Pro rei igitur difficultate multo cautius Ph. Buttmannus, Ausf. gr. Spr. I[2], p. 177 sqq. formationum varietatem explicare non conatus, quae illius casus in lingua graeca reperiuntur formae, enumerare satis habet.

Attamen imprimis Guil. Humboldtii, Fr. Boppii, Jac. Grimmii virorum unice venerandorum studiis meritisque sensim paulatimque ita effloruerat ac viguerat sanum de linguae natura et indole judicium, ut etiam in hac quaestione viri docti multum proficerent.

Sanam illarum terminationum explicandarum viam munivisse et pro brevitate claram lucem hujus quaestionis tenebris attulisse mihi quidem videtur Theod. Aufrecht parvula illa

commentatione: „der dativ-plur. auf -εσσι“ KZ. I p. 117 sq., qua plane omnes dativi plur. in lingua graeca terminationes facile explicentur. Atque primum quidem omnes dativos plur. etiam stirpium in *α*, *ο* exeuntium locativos esse et ex eadem forma principali enatos esse cum Boppio consentit (vgl. Gr. I³ p. 503 sqq.), quam opinionem in prioribus libri egregii editionibus ille protulerat.[3]) Nec tamen de *-εσσι* terminationis definitione facit cum Boppio, qui (vgl. Gr. I¹ p. 292) eam ex stirpibus *-ες* suffixo amplificatis exortam cum *-ir* suffixo linguae theodiscae plurali, quod exstat in nominibus, cognatam esse contenderat.[4])

Immo Aufrechtius, praecipue de formis ut *βελέεσσι*, *ἐπέεσσι* ex Boppii sententia explicandis desperans, formam graecarum terminationum principalem statuit *-σσι* ex *-σϜι** adsimulatione ortam, linguae bactrianae *-hva* forma vel maxime innixus. Quam linguae graecae terminationem quod principalem eruerit, fere mirum, quia formarum *-σσι* suffixo ornatarum, quasque jam brevi enumerabo, mentionem non facit.

Nec tamen difficultatem non agnovit ne *-σσι* quidem cum *-hva* forma bactriana facile conjungendae, quod *-sva** in *-σσο* (*σο*) solum aut in *-σσυ* (*συ*), non in *-σσι* (*σι*) mutari posset. Qua difficultate non expedita etiam majorem mihi praebere videtur de *-ε* vocalis natura quam protulit sententiam.

Dicit enim p. 118 l. c. post stirpes in consonantem exeuntes illam vocalem copulativam vel auxiliarem antiquitus esse insertam. Qui tamen locus erat accuratius inquirendi, si ille vir doctus fidem facere voluit.

Atqui tam brevis erat illius explanatio, terminationum in linguae graecae monumentis ratio tam parum exhausta, ut

3) Attamen iam prius (Abh. der hist.-philol. Cl. der königl. Akad. der Wiss. 1826 p. 80) fieri potuisse et ille putaverat, ut formae in *-οις*, *-αις* ad instrumentalem referrentur (vgl. Gr. I³ p. 503 sq. adn.).

4) Re vera nostra in lingua plane alia res est. Neque enim nisi neutra suffixo illo ‘paragogico’ instructa erant, et nostra demum aetate etiam in nomina masculini generis *-er* suffixum irrepsit ut in götter, wälder. Praeterea ita valet, ut majorem sensim sibi provinciam annectat multasque formationes suffixo illo carentes paulatim plane opprimat (Jac. Grimm, D. Gr. I² p. 622. 680. 702; v. Brugman, Morph. Unters I p. 84).

Frid. Aug. Pottius, Et. F. I² p. 573 et II¹ p. 639 omnes dativi plur. formas ad idem suffixum locativi primigenium recurrere negaret. Immo ut Buechelerus, lat. Decl. p. 66 et Leo Meyer, decl. p. 99 suffixa in *-is* et *-bus* plane aliam habere originem contendunt, ita formas in *-οις* et *-αις*, quas breviores semper respiciebat, secernit a *-σι* suffixo, illas instrumentales hanc locativum esse ratus. Confert igitur l. c. II¹ p. 639 *θεοῖς* et *devāis*[5]) vel I² p. 573 *ἄλλοις* et *anyāis*. In idem suffixum principale etiam *-αις* et *ābhis* referre non dubitat. Quando autem in lingua graeca *-bh* extrusi exemplum quoddam reperietur? Praeterea vedica forma in *-ēbhis* praeter *-āis* exstat (Th. Benfey, Hdb. der Skr. spr. I p. 307 § 746), ita ut jam tantas haec comparatio praebeat difficultates, ut de ejusdem casus apud alias stirpes alius formationis singularitate taceam.

Verum plane refutasse mihi quidem videtur hanc sententiam G. Gerlandus in libello, quem inscripsit: „Ueber den dativ plur. des altgriechischen“ KZ. IX p. 36—51, ubi ostendit in carminibus homericis multo saepius *-οισι*, *-ῃσι* terminationes adhiberi quam formas in *-οις*, *-ῃς* (*αις*); atque etiam viam patefecit, qua *ι* litteram finalem sensim quasi arrosam, denique prorsus deletam esse verisimile fit. Ecquis enim forte fortuna factum esse putabit, ut in Iliade 1312 dativi in *-οισι* terminantes, 232 in *-οις* ante vocales, 35 tantum in *-οις* exeuntes ante consonantes inveniantur (Gerland, l. c. p. 41), praesertim cum idem vir doctus similem terminationum illarum rationem in Odyssea l. c. p. 47, apud Hesiodum, poetas lyricos, Pindarum ostenderit p. 48 sqq. Eandem apud Apollonium Rhodium patefecit Al. Rzach, Ap. Rh. p. 73 sqq., qui vir doctus etiam de Hesiodo accuratius illam rationem exposuit (Rzach, Hes. p. 399 sq.). Itaque prorsus non dubito, quin *-οις* et *-αις* terminationes ex *-οισι* et *-αισι* vetustioribus ita exstiterint, ut *-ι* finalis paulatim evanesceret (G. Curtius, Stud. X p. 223).

Quam tamen de stirpium in *α* et *ο* terminationibus quaestionem ut statim absolvam, jam hoc loco paulo uberius de hac re tractare mihi liceat. Atque primum quidem etiam in

5) Etiam stirpes secernendas esse uberrime ac dilucide comprobavit G. Curtius, Grdz.⁵ p. 513—520.

— 7 —

commentatione: „der dativ-plur. auf -*εσσι*“ KZ. I p. 117 sq., qua plane omnes dativi plur. in lingua graeca terminationes facile explicentur. Atque primum quidem omnes dativos plur. etiam stirpium in *α*, *ο* exeuntium locativos esse et ex eadem forma principali enatos esse cum Boppio consentit (vgl. Gr. I^3 p. 503 sqq.), quam opinionem in prioribus libri egregii editionibus ille protulerat.[3]) Nec tamen de -*εσσι* terminationis definitione facit cum Boppio, qui (vgl. Gr. I^1 p. 292) eam ex stirpibus -*ες* suffixo amplificatis exortam cum -*ir* suffixo linguae theodiscae plurali, quod exstat in nominibus, cognatam esse contenderat.[4])

Immo Aufrechtius, praecipue de formis ut *βελέεσσι, ἐπέεσσι* ex Boppii sententia explicandis desperans, formam graecarum terminationum principalem statuit -*σσι* ex -*σϝι** adsimulatione ortam, linguae bactrianae -*hva* forma vel maxime innixus. Quam linguae graecae terminationem quod principalem eruerit, fere mirum, quia formarum -*σσι* suffixo ornatarum, quasque jam brevi enumerabo, mentionem non facit.

Nec tamen difficultatem non agnovit ne -*σσι* quidem cum -*hva* forma bactriana facile conjungendae, quod -*sva** in -*σσο* (*σο*) solum aut in -*σσυ* (*συ*), non in -*σσι* (*σι*) mutari posset. Qua difficultate non expedita etiam majorem mihi praebere videtur de -*ε* vocalis natura quam protulit sententiam.

Dicit enim p. 118 l. c. post stirpes in consonantem exeuntes illam vocalem copulativam vel auxiliarem antiquitus esse insertam. Qui tamen locus erat accuratius inquirendi, si ille vir doctus fidem facere voluit.

Atqui tam brevis erat illius explanatio, terminationum in linguae graecae monumentis ratio tam parum exhausta, ut

3) Attamen iam prius (Abh. der hist.-philol. Cl. der königl. Akad. der Wiss. 1826 p. 80) fieri potuisse et ille putaverat, ut formae in -*οις*, -*αις* ad instrumentalem referrentur (vgl. Gr. I^3 p. 503 sq. adn.).

4) Re vera nostra in lingua plane alia res est. Neque enim nisi neutra suffixo illo ‘paragogico’ instructa erant, et nostra demum aetate etiam in nomina masculini generis -*er* suffixum irrepsit ut in götter, wälder. Praeterea ita valet, ut majorem sensim sibi provinciam annectat multasque formationes suffixo illo carentes paulatim plane opprimat (Jac. Grimm, D. Gr. I^2 p. 622. 680. 702; v. Brugman, Morph. Unters I p. 84).

Frid. Aug. Pottius, Et. F. I^2 p. 573 et II^1 p. 639 omnes dativi plur. formas ad idem suffixum locativi primigenium recurrere negaret. Immo ut Buechelerus, lat. Decl. p. 66 et Leo Meyer, decl. p. 99 suffixa in -*is* et -*bus* plane aliam habere originem contendunt, ita formas in -*οις* et -*αις*, quas breviores semper respiciebat, secernit a -*σι* suffixo, illas instrumentales hanc locativum esse ratus. Confert igitur l. c. II^1 p. 639 *θεοῖς* et *devāis*[5]) vel I^2 p. 573 *ἄλλοις* et *anyāis*. In idem suffixum principale etiam -*αις* et *ābhis* referre non dubitat. Quando autem in lingua graeca -*bh* extrusi exemplum quoddam reperietur? Praeterea vedica forma in -*ēbhis* praeter -*āis* exstat (Th. Benfey, Hdb. der Skr. spr. I p. 307 § 746), ita ut jam tantas haec comparatio praebeat difficultates, ut de ejusdem casus apud alias stirpes alius formationis singularitate taceam.

Verum plane refutasse mihi quidem videtur hanc sententiam G. Gerlandus in libello, quem inscripsit: „Ueber den dativ plur. des altgriechischen“ KZ. IX p. 36—51, ubi ostendit in carminibus homericis multo saepius -*οισι*, -*ῃσι* terminationes adhiberi quam formas in -*οις*, -*ῃς* (*αις*); atque etiam viam patefecit, qua *ι* litteram finalem sensim quasi arrosam, denique prorsus deletam esse verisimile fit. Ecquis enim forte fortuna factum esse putabit, ut in Iliade 1312 dativi in -*οισι* terminantes, 232 in -*οις* ante vocales, 35 tantum in -*οις* exeuntes ante consonantes inveniantur (Gerland, l. c. p. 41), praesertim cum idem vir doctus similem terminationum illarum rationem in Odyssea l. c. p. 47, apud Hesiodum, poetas lyricos, Pindarum ostenderit p. 48 sqq. Eandem apud Apollonium Rhodium patefecit Al. Rzach, Ap. Rh. p. 73 sqq., qui vir doctus etiam de Hesiodo accuratius illam rationem exposuit (Rzach, Hes. p. 399 sq.). Itaque prorsus non dubito, quin -*οις* et -*αις* terminationes ex -*οισι* et -*αισι* vetustioribus ita exstiterint, ut -*ι* finalis paulatim evanesceret (G. Curtius, Stud. X p. 223).

Quam tamen de stirpium in *α* et *ο* terminationibus quaestionem ut statim absolvam, jam hoc loco paulo uberius de hac re tractare mihi liceat. Atque primum quidem etiam in

5) Etiam stirpes secernendas esse uberrime ac dilucide comprobavit G. Curtius, Grdz.^{5} p. 513—520.

titulis atticis antiquioris aetatis *-οισι* terminationem saepius reperiri quam *-οις*, quae in recentioris aetatis ita praevalet, ut post Ol. 86, 3 longior non jam inveniatur, elucet ex tabulis apud Cauerum, Stud. VIII p. 410 sq. Neque aliter in titulis ionicis (Guil. Erman, Stud. V p. 302 sq.) res se habet, cum in titulis saec. V praeter *Ἀνθεστηρίοισιν, Ἡρακλείοισιν, Δίοισιν* (13, 32—34) *Τηΐοισιν* (13, 43) articuli solius brevior *τοῖς* forma (21, 10) reperiatur. In aeolicae dialecti titulis articulo asianae excepto semper longior forma legitur; apud poëtas sane praevalet, nec breviorem terminationem invenimus nisi secundum usum epicum (Ahr. I p. 111 sq.). Quod ad recentissimam aetatem hac in dialecto longior forma servata est, factum est imprimis ea re, quia accusativus plur. apud Aeoles in *-οις, -αις* desinit (Ahr. I p. 71). A doricae dialecti titulis quamquam longior terminatio aliena est, tamen quod Epicharmus ea saepius utitur, recte mihi judicasse videtur Ahrensius II p. 227, cum haec profert: „antiquiorem Doridem non minus quam Atthidem pleniorem formam admisisse putamus; neque enim Epicharmus ex epica lingua quidquam assumpsisse videtur.“ Neque aliter judicandum est de dialecto boeotica, ubi praeter *-υς* (pro *-οις*) *ξήνοισι* tantum exstat in titulo antiquo metrico Thisb. K. 60[a] (Ern. Beermann, Stud. IX p. 71) vel de dialecto Eleorum (Ahr. I p. 230).

Stirpium in *α* exeuntium, a quibus formae *-ᾱσι, -ησι, -ῃσι* (*ῃς*), *-αισι* (*αις*) deducuntur, quin terminationes longiores etiam priores sint, vix in dubium vocari poterit, postquam de hac re uberius tractavit Cauerus, Stud. VIII p. 403—409 et p. 411 sq. Nec minus formas in *-ησι, -ᾱσι, -ῃσι* desinentes longa vocali conservata antiquitatis speciem prae se ferre, facile quisque ei concedet. Cum attica dialecto optime consentit ionica. Nam etsi in titulis duae tantum *ᾗσιν* (13, 36) et *Νύμφῃσιν* (19) exstant formae (Erman, Stud. V p. 302) Herodotus solis utitur longioribus *-ῃσιν* (et *-οισιν*) suffixis. Id vero mirum esse potest, quod praeter *-ῃσιν* et *-ῃς* terminationes, in carminibus homericis pervolgatas, *-αις* reperiatur in tribus illis exemplis: *ἀκταῖς* *M* 284, *θεαῖς* *ε* 119, *πάσαις* *χ* 471, quamquam forma in *-αισι* numquam occurrit, quam tamen concludendam esse recte judicant Cauerus, Stud. VIII p. 408. 404 et

Gerlandus, KZ. IX p. 57 sq., ubi pluribus de his locis disputat. Qui tamen quod de origine aeolica cogitaverit, vix quisquam cum eo fecerit, quia hac in dialecto formae in *-αισι* maxime praevalent. In titulis doricis omnibus etsi *-αις* legitur, caute tamen Ahrensius II p. 226 judicat se non dubitare quin Epicharmo longiore forma uti licuerit, ut simili terminatione in „declinatione secunda.“ Apud Lesbios *-αισι* praevalet ut *-οισι* (Ahr. I p. 111 sq.). Boeotica autem dialectus semper utitur breviore terminatione in *-ῃς*, more boeotico ex *-αις* mutata (Ahr. I p. 204).

At cur Cauerus *-ᾳσι** formam, quam in dialectis graecis numquam exstare ipse fatetur, primigeniam construxerit Stud. VIII p. 405, id eo magis miror, quod idem ille vir doctus formas in *-eshu*, *-āsu* sanscriticas comparavit. Immo *-ᾱσι* atticam terminationem *ι* carentem, cujus exempla ex titulis vetustioribus collegit Cauerus, Stud. VIII p. 406 et ex adverbiis locum significantibus R. Kuehnerus, Ausf. gr. Gr. I[2] p. 727 sq., cum Boppio, vgl. Gr. I[3] p. 503, Schleichero, Comp.[2] p. 575, Gerlando, KZ. IX p. 57 antiquissimam putare collatis sanscr. *açvāsu*, bactr. *peshanāhu*, bulg. *rękachŭ*, lit. *rànkōsu*[6]), ubi numquam *ι* illud ante suffixum aspicimus, haud facile quisquam dubitaverit.

Quibus expositis mihi ne minima quidem dubitatio remanet, quin omnes dativi pluralis in lingua graeca terminationes ex eadem locativi forma principali effluxerint. Nec dubitavit Aug. Schleicher, Comp.[2] p. 573 sqq.

De *ι* vocalis in *-οισι, -ῃσι, -αισι* originis quaestione paucis rem astringam. Etenim in *-οισι* forma epenthesi cuidam *ι* vocalem originem debere haud facile quisquam crediderit, etsi id fieri potuisse arbitrantur Schleicherus, Comp.[2] p. 71 et Gerlandus, KZ. IX p. 63. Immo cum Boppio, vgl. Gr. I[3] p. 503 aliisque faciemus, qui *-ι* litteram antiquitus in hac forma fuisse concludit ex *ἵπποισι* et sanscr. *açvēshu*, bactr. *açpaishva* comparandis.

Sed cum ab stirpibus femininis, quae in *-α* exeunt, apud

6) In linguis italica, celtica, germanica hanc formam prorsus evanuisse satis notum est.

eosdem populos *ι* illud prorsus alienum sit, etiam in hoc ejusdem viri doctissimi sententiae accesserim, exemplo stirpium in -*o* desinentium factum esse, ut *ι* etiam femininis adiceretur. Quamquam libenter concedo, hanc quidem rem mihi nondum prorsus ad liquidum videri esse perductam.

Hoc autem mihi constat me Osthoffium hanc quaestionem ea commentatione, quam inscripsit: „Die bildung des loc. plur. im indogermanischen und verwantes", Morph. Unters. II p. 52—76 sequi non posse. Repetit enim hic vir doctissimus sententiam, praecipue a Pottio olim prolatam, qua -*οις* terminationem ab initio instrumentalem fuisse declarat, quamquam -*ᾱσι* antiquissimam locativi formam fuisse confitetur. Contra priorem quidem sententiam unum tantum, quoad egomet video, argumentum profert, quodque superari non posse ipse existimat l. l. p. 55. Si enim recte ex *λόγοισι* exstiterit *λόγοις*, fieri non potuisse opinatur Osthoffius, quin etiam *χερσί* deleretur in *χέρς*. Sed etsi in sermone poëtico tertiae, quae vulgo dicitur, declinationis -*σι* formae *ι* finalis ante vocales interdum eliditur (v. Brugman, Problem p. 73 sq., La Roche, Ztschr. für die oestr. Gymn. 1861 p. 841), etiam in sermone vulgari id fieri potuisse nedum faciendum fuisse, vereor ut quisquam Osthoffio, qui formas ut *χέρς**, *ἔπες** desiderat, assentiatur[7]) (G. Curtius, Abh. 1870 p. 22 sq.). Nec formarum perspicuitatem linguam neglegere et despicere, ipse ille Osthoffius alio ejusdem scripti loco confitetur, cum dicit l. c. p. 60 lesbiacam dialectum propter accusativi in -*οις*, -*αις* formas longiorem dativi plur. terminationem conservavisse.

Praeterea rectius a *χείρεσσι*, *κύνεσσι* aliis longioribus formis proficiscendum erit, quae -*ι* littera finali correpta parum vel nihil a nominativo pluralis differrent.

7) Quamquam fortasse re vera locativi plur. graeci formationes non jam perspicuae inveniuntur, ubi *ι* littera finalis propter notionem in adverbium abeuntem deleta sit. Ebelii enim sententiam KZ. IV p. 207, qua *ἑκάς*, *ἀνεκάς*, *ἀγκάς*, *ἀνδρακάς*, *ἐγκάς* antiquitus locativi plur. sint, etiamsi Gerlandus KZ. IX p. 64 sq. refutare conatur, praecipue de *ἀγκάς* Ebelii sententia valde mihi arridet. — Ceterum non raro litteram finalem praebent deletam praepositiones ut att. *πρός* pro *προτί*; contra numquam commutantur *ἀντί*, *ἔτι*, quae inconstantia optime convenit cum nostra quaestione. Praeterea in memoriam revocare liceat *λάξ*, *πύξ* formas aperte deletas.

Itaque ne tantillum quidem rationis video, quod priori explicationi, praecipue a Gerlando defensae, obstet nedum eam labefaciat, qua omnes dativi pluralis numeri in lingua graeca terminationes ex eadem locativi formatione effluxerunt.

§ 2. *Principalis dativi pluralis graeci terminatio -συ* vel -σι esse non potuit.*

Quapropter in id solum etiam inquirendum esse mihi quidem videtur, quaenam dativi plur. graeci terminatio principalis statuenda sit, unde non sine quadam probabilitate et omnes ceterae repeti et linguarum cognatarum variae formae possint explicari.

Atque rectam viam postquam non sine judicii sagacitate jam munivit Aufrechtius, uberius etiam de stirpium in consonantem desinentium dativo pluralis tractavit Gerlandus KZ. IX p. 51—68 nec parum in explicatione profecisse mihi videtur. Etenim primum quidem terminationis -*sva** construendae -*α* litteram finalem in -*ι* attenuari potuisse arbitratur p. 51. 64 secundum locativi singularis in -*ι* exeuntis analogiam. Quod etsi plane negare egomet ipse nolo, tamen est considerandum in singulari *ι* vocalem saepe longam esse in carminibus homericis itaque verisimillimum, locativi et dativi singularis formas principales paulatim in lingua graeca esse confusas (Guil. Hartel, hom. Stud. I p. 39 sqq.). Deinde de -*σσι* pleniore terminatione quod post stirpes in *α*, *ο* numquam occurrit, cum Aufrechtio KZ. I p. 117 sq. recte consentire videtur l. c. p. 63 propter longam vocalem praecedentem alteram -*σ* citius esse deletam. Miror tamen equidem, cur non etiam stirpes in diphthongum desinentes una amplexi sint viri illi docti. Etiam minus intellego, quid sibi voluerit Gerlandus l. l. p. 61. 62, quod exempla homerica ut *δέπασσι*, *νεκύσσι* G. ex *δεπάεσσι*, *νεκύεσσι* exorta esse opinatur, cum *ε* vocalem extrusam nesciam quo pacto comprobare possit. Denique dativorum plur. homericorum enumeratione quamquam non male meruit, tamen in altera declinatione l. c. p. 58—63 cavendum est, ne nimis illius judicio confidamus, quia et multa exempla omisit nec pauca errata sive typographi sive ipsius culpa irrepserunt.

Post illas igitur Aufrechtii et Gerlandi commentationes nostrates viri rerum grammaticarum periti hac in quaestione dolendum est cur multi luce spreta vel ad veterum grammaticorum somnia recurrerint vel de explicatione prorsus desperaverint.

Ita Rud. Westphalius, Meth. Gr. I p. 233 opinatur dativum plur. uti *-σι* suffixo; singulas autem praeter atticam dialectos ante terminationem saepe *ε* (vel *α*) vocalem inserere auxiliarem et *σ* spirantem geminare. Quae sententia a veterum grammaticorum ut Eustathii opinionibus nihil distat nisi *ἐπεκτάσει* vel *πλεονασμῷ* famosis vocabulis. Atque K. W. Krueger, gr. Sprachl. II³ p. 39 quamquam quae sit terminationum in poesi epica ratio, fere recte [8]) protulit, tamen *-εσσι* solam quondam exstitisse censet, unde quomodo *ε* evanuerit, ab eo explicari non poterit. Cautius Kuehnerus, Ausf. gr. Gr. I² p. 326 sq., qui in singulis dialectis sit terminationum usus, breviter adumbrans, earum originem et progressum in suspenso relinquit.

Leo Meyer, gedr. Vergl. der griech. und lat. Declin., Berl. 1862 etsi de hujus casus formatione pluribus tractavit, tamen eo capite, quo de locativo plur. agitur, p. 96—108 post Gerlandi libellum (1860) quid voluerit vir doctissimus non intellego. Liceat mihi ipsius L. Meyeri verba (l. c. p. 97) afferre: „Man darf das in Frage stehende griechische Suffix nicht einfach *-σι* nennen; vor der Hand muss sogar die Möglichkeit zugestanden werden, dass der darin unter bestimmten Verhältnissen (?) auftretende Nasal (*-σιν*) einen tiefern etymologischen Grund hat; dann aber ist die vollste Form des Suffixes unzweifelhaft das in der homerischen Sprache sehr gewöhnliche *-εσσι* (*-εσσιν*), das in seinem tiefern Grunde uns noch nicht verständlich ist und sich durchaus nicht so leicht abthun lässt, wie manche gemeint haben.“

Dativos pluralis homericos quamquam Gerlando multo accuratius enumeravit l. l. p. 100—108, tamen L. Meyeri enumeratio etiam minorem quam Gerlandi praebet fructum, quod singulas terminationes plane secrevit neque igitur, quaenam apud s i n g u l a s s t i r p e s inveniantur formae, apparet. Praeterea ne ille quidem singularum formarum numeros affert, quibus terminationum facile praebeatur conspectus.

8) Quod participia in *-ων* desinentia l. c. adn. 6 contendit semper *-εσσι* suffixo ornata esse, id refudandum esse jam vidit Gerlandus l. c. p. 59.

Contra G. Curtius, etsi uberius in hanc rem non inquisivit, tamen in universum eum cum Aufrechtio et Gerlando consentire, elucet ex iis, quae breviter indicavit Erl.³ p. 37 sq., Grdz.⁵ p. 665.

Prorsus aliam explicationis viam ingressi sunt Brugmanus et Osthoffius. Ille quidem vir doctus brevissime declaravit Stud. IX p. 297 adn. 12 *-εσσι* formam ex *-ε-σσι* i. e. vocali *ε* auxiliari **-σσι = σϝι* intellegi non posse, sed exstitisse secundum *-ες* stirpium analogiam ut *ἔπεσσι, ἀεικέσσι*. Attamen „der Pfeil, den diese Formen ausgesandt hatten, kehrte verwundend auf sie selbst wieder zurück“; ita enim prodiisse arbitratur Brugmanus dativos ut *ἐπέεσσι, διοτρεφέεσσι*. Similem igitur protulit sententiam ei, quae jam Boppio arriserat in prima libri grammatici comparativi editione; in secunda enim Aufrechtii explicationi accesserat. Quam de hac quaestione uberiorem quaestionem hoc loco promisit vir doctissimus, Osthoffii umeris imposuisse videtur, qui postquam in libro qui inscribitur: „das Verbum in der nominalcomposition“ (Jena 1878) p. 348 similem in modum paucis sententiam astrinxit, uberrime hanc rem in examen vocavit Morph. Unters. II (1879) p. 1—76 (vel 1—52).

Atque horum virorum doctissimorum sententiam examinare et, si fieri posset, refutare praecipue mihi proposui, vel propter id fere solum hunc libellum me scripsisse confiteor. Sed jam in Osthoffii sententiam inquiramus.

Ei quidem locativi plur. indogermanica itaque principalis *-su* forma esse videtur, utpote quae in plerisque, quae quidem hunc casum retinebant, linguis exstet, et Ebelii sententiae KZ. IV p. 207 accedit l. c. p. 26, qui *μεταξύ* pristinum locativum pluralis esse suspicatus erat.[9]) At quamquam *ν* finale explosum non levis momenti sane est contra Pottii KZ. VI p. 102 et Gerlandi KZ. IX p. 65 sq. explicationem, qui in *μετα-ξυν* (*συν*) illud adverbium dividunt, tamen Curtii sententia, Grdz.⁵ p. 332, qua cum adjectivo ex radice *-ἀγ* amplificato *μεταξύ*

9) „Ist *μεταξύ* etwa ein locativ“? ipsius Ebelii l. c. sunt verba.

compositum sit, *μεσσ-ηγύ* et ex-iguus vocabulis comparatis probabilitate non carere videtur. Pristinam autem *-συ* formam locativi singularis vi atque auctoritate in *-σι* mutatam esse, in hoc idem Osthoffius cum Gerlando l. c. p. 51. 64 consentit l. l. p. 26.

Atque tria vel quattuor potissimum mihi esse videntur argumenta, quibus Osthoffius, ut aliter dativi plur. terminationes explicare conaretur, commotus sit:

Vel gravissimi momenti ei esse videtur id, de quo disseruit l. c. p. 17. Fieri enim non potuisse censet, ut *-su* terminatio, in linguis cognatis pervolgata, in singulis linguis inter se jam discretis ex vetustiore quadam *-sva* forma oriretur. Ad summas igitur et difficillimas scientiae linguarum comparativae leges et rationes recurrit. De *-σϝ* in *-σσ* transitu ne ipse quidem dubitans l. c. p. 18, *α* litteram finalem in *-ι* umquam attenuari potuisse prorsus negat l. c. p. 18 sqq. Denique de vocali *ε* vel *α* inter stirpem et suffixum inserta etsi non multa verba facit, tamen vocalem illam deridet et illudit l. c. p. 5. De his omnibus quaestionibus in tertio commentationis capite disseram; hoc vero loco jam ad eas rationes aggredior, quibus illam Osthoffii sententiam stare non posse mihi persuasum habeo.

Atque primum quidem — id quod ab omnibus, qui huic quaestioni operam dederunt, neglectum est — *-σσι* terminatio, quae ex *-σι* principali vel ex *-εσ-σι* quadam per abusum etiam ad alias stirpes translata explicari nullo modo potest, non modo „ex exemplis homericis ut *κύνεσσι, πόδεσσι* vel lesbiacis ut *ἀγώνεσσι, ἐλθόντεσσι* enucleata est“ (Osthoff, l. c. p. 5), sed etiam sine vocali illa intermedia plenior forma non semel legitur. In carminibus quidem homericis reperiuntur hi dativi: *μετὰ γναμπτῇσι γένυσσιν Λ* 416 nulla varia lectione, quae ut *γναμπτῆς* aut *γενύεσσιν* alicujus momenti sit; *μακρῇσίν τε πίτυσσιν ι* 186 sine varia lectione potiore; *νέκυσσιν λ* 569; *χ* 401 = *ψ* 45 et ita, ut legamus: *θεμιστεύοντα νέκυσσιν λ* 569; *μετὰ κταμένοισι νέκυσσιν χ* 401 (*νεκύεσσιν* KPS), ubi jam antiquitus altera lectio: *κταμένοις νεκύεσσιν* La Rochio fuisse videtur; (La Roche, J. Bekker in adn. crit. ad h. l.); sed *ψ* 45 sine potiore ulla librorum mss. discrepantia idem occurrit *κταμένοισι νέκυσσιν*.

Alii sunt hi dativi: *πολέσσ' ἄνδρεσσιν ἄνακτα N* 452; *πολέσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων P* 308; *ἦτε πολέσσιν ἐπ' αὐτῷ θυμὸν ἀπηύρα P* 236 ubique sine alia lectione commemoratu digniore ut etiam: *ὀξέσι δὴ πελέκεσσι O* 711; *ἐξέταμον πελέκεσσι N* 391 = *Π* 484. Denique reperitur in carminibus homericis: *τρεῖς ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἐοικότες Λ* 27. (*ἴρισιν* DEH; *ἴρεσσιν* Hesych. II 369; Apoll. lex. 92, 29; Townl.)[10]) Propter antiquitatis speciem, quam hi dativi prae se ferebant, Homerum imitatus est idque minus anxie Apollonius Rhodius: *σμερδαλέῃσιν ἐπαΐξασα γένυσσιν Δ* 830; *νέον πελέκεσσι τυπέντα Α* 1003; *θοοῖς πελέκεσσιν Δ* 1683. Apud poetas lyricos leguntur: *Πελέκεσσι δονεῖτη* (Boeckh, v. *δονεῖται*) Cor. 18, 5; *ὅπου πολέσσιν Ἔρως ἐποργιάζει* Anacreont. 13, 22. Apud Pindarum exstant: *Φοῖβος ἀμνάσει θέμισσιν* Pyth. IV, 54 et *ἀνθέων ποιαέντα φέρειν στεφανώματα σὺν ξανθαῖς χάρισσιν* Nem. V, 54.

Praeterea equidem eo fere inclino, ut formas ut *ἔπεσσι, δέπασσι, ποσσί* duplex sigma ab initio habuisse, non ex stirpis cum *-σι* terminatione concursu accepisse statuam.

Quid igitur judicabunt analogiae fautores de his formis? Metri gratia duplex sigma ex simplici factum esse, quae explicatio conclamata prius proferri solebat, eam nunc serio nemo probaverit. Nec ei sententiae quemquam accessurum esse arbitror, qua *νέκυσσι* ex *νεκύεσσι*, *πολέσσι* ex *πολέεσσι* sive contractum, sive correptum esse statuamus, etsi non modo apud K. W. Kruegerum, gr. Sprachl. II³ p. 39 illa opinio circumfertur, sed etiam Gerlandus KZ. IX p. 61 sq. et Leo Meyer, decl. p. 100 hanc eandem sententiam protulerunt. Neque enim nisi in *πολέσσι* et *πελέκεσσι* exemplis quidquam momenti illa hyphaeresis conjectura habere potuit, ubi tamen non minus eam reiciendam esse recte censuit Ad. Fritschius, Stud. VI p. 98, qui hac commentatione post Lobeckium, Path. I p. 218 sqq. omnem materiam accuratissime in examen vocavit. At quod non modo *ἔπεσ-σι, ἀεικέσ-σι*, sed etiam *πελεκέϝ-σι* formam principalem fuisse opinatur, vix argumentis refutare opus esse videtur. Neque enim cum amplificata sed debiliore vel pura stirpe locativi plur.

10) Hoc quidem loco Zenodotum *Ἐρίδεσσιν* scripsisse discimus ab Aristonico schol. A ad h. v.: *ἡ δ. ὅ. Ζηνόδοτος γράφει Ἐρίδεσσιν· οὐκ ἔστι δὲ ἡ αὐτὴ Ἔρις καὶ Ἶρις καθ' Ὅμηρον, ὥς ὑπέλαβεν.*

suffixum ab initio conjunctum fuisse satis dilucide patet ex exemplis sanscriticis ut *rishishu*, *dātṛshi*, *rāyasu*, *bharatsu*. Immo aeque ac *νέκυ-σσι* dividendum est *πελέκε-σσι*, *υ* littera secundum plurimorum casuum analogiam in *ε* mutata, id quod Brugmanus optime nominavit „Systemzwang". Itaque si quibus arridet Osthoffii sententia de *-σι* terminatione graeca primigenia, una tantum, ut mihi quidem videtur, *-σσι* formae explicatio restat, quod tamen ultimum refugium corruere mihi probatum est: G. Curtius quidem in illa epistula ad Guil. Hartelium, Stud. IV p. 479 sqq. et Erl.[3] p. 42 sqq. poesis homericae naturae ratione habita consonantium imprimisque liquidarum geminationem in exemplis ut *ἔλλαβε*, *ἔλλαχε*, *ἔμμαθε* factam esse comprobavit poetarum quodam artis errore, quo illi secundum exempla qualia sunt *ἔρρεε* pro *ἔσρεϜε* etiam illa, quae attuli, sibi permissa esse putaverint. Attamen etiam *νέκυσσι*, *πολέσσι*, *ἴρισσι* ceteras formas eandem originem habere et secundum *ἔπεσσι*, *στήθεσσι* aliorum analogiam sibilantem geminatam in sese recepisse concedi nequit. Etenim si *ἔπεσ-σι* dividimus, de analogia quadam cogitari nequit, quia eandem stirpem senserunt Graeci ut in *σακεσ-φόρος*, *ἐπεσ-βόλος* compositis; sin *ἔπε-σσι*, haec ipsa exempla ex Osthoffii sententia nemo removebit. Ceterum etiam extra poesin epicam illos dativos legi supra indicavi.

Atqui quamquam in *γένυσσι*, *πίτυσσι*, *νέκυσσι*, *πολέσσι*, *πελέκεσσι* exemplis stirps in vocalem desinens mihi conceditur, quod hom. *ἴρισσι* et pindar. *χάρισσι*, *θέμισσι* hoc loco commemoraverim, fortasse nonnulli me vitaperabunt viri docti. Sed de *ἴρισσι* etsi in *ἰριδ-* vulgo stirps terminatur, tamen *δ* mutam consonantem in his femininis mobilissimam esse elucet ex compositis ut *αἰγίοχος*, *Ἐλπινίκη* et ex casibus ut *τρόπιος* *τ* 278, *ἔριν* *δ* carentibus. G. Curtius igitur ex *ι* vocali pristina j spirantem inde *δ* procrevisse vel maxime probavit, quam ob rem *ἴρι-σσι* dividere non nimis audax mihi esse videtur, praesertim cum etiam *ἰρι-* stirpis vetustioris exstent vestigia in *ἶριν* Plut. chor. p. 664 E, *ἴρεως* Alex. Trall. Geop. (v. Fr. Passowium), in compositis *ἰριοειδής* Luc. hist. conscr. 19, *ἰριώδης* Arist. meteor. 3, 4.

Alia est res de *χάρισσι* et *θέμισσι* exemplis pindaricis. Nam *χάρις* nominis stirps fere semper in *τ* exit, ut etiam ex compositis apparet ut *χαριτοβλέφαρος* Anth. app. 209, 2; *χαριτογλωσσέω* Aesch. Prom. 294; *χαριτώπης* Orph. h. 16, 5; *χαριτῶπις* Anth. app. 209, 7. Stirpis in *χαρι-* desinentis praeter accusativum *χάριν* et adjectivum inde deductum *χαρίεις* non nisi nomina propria inveni ut *Χάριππος*, *Χαρίξενος*, *Χαρίλαος*. Qui igitur *ποσ-σί* pro *ποδ-φσί**, non *ποφ-σσί* pro *πο-σσί** dividunt, etiam *χάρισσι* ex *χάριτ-σι* factum esse jure contendere poterunt. Si quis autem ad *γούνασσι*, *δώμασσι* dativos recurrit, quos vel Boppius, vgl. Gr. I[3] p. 505 commemorat, jam Gerlandus KZ. IX p. 60 ejusmodi formationes non exstare vidit. — Difficilior est quaestio de *θέμισσι*, ubi tanta stirpis est fluctuatio, ut apud Pindarum, qui vocabulo propter poesis naturam saepe utitur, legamus et *θεμι-* stirpem in compositis *θεμισκόπος* Nem. VII, 47; *θεμίπλεκτος* Nem. IX, 52, quae stirps elucet ex *Θέμιος* Herod. II, 50; et *θεμιστ-*, quae fere sola adhibetur in poesi epica, in *θεμιστεῖος* Ol. I, 12 et fortasse etiam in *θεμισκρέων* Pyth. V, 27; denique *θεμιτ-* stirpem in *θέμιτες* Ol. X, 24; *Θέμιτος* Ol. XIII, 8; *θεμιτόν* Pyth. IX, 42. Haec de *-σσι* terminatione.

Non minus grave argumentum obstat Osthoffii sententiae ex dativis in *-ασσι* deductum. Leguntur in tabulis Heracleensibus haec quattuor exempla: *ποϊόντασσι* I, 50 M; *ἔντασσιν* I, 104 M; *πρασσόντασσι* I, 158 M; *ὑπαρχόντασσι* I, 175 M. (Ric. Meister, Stud. IV p. 365 sq.; Ahr. II p. 230). De his Osthoffius l. c. p. 6 haec praecipit: „Nach meiner ansicht entsprang dies herakleische *-ασσι* folgendermassen: Es hatte sich einerseits ein ausgang *-ᾰσι* im griechischen locativus pluralis bei den verwantschaftswörtern und andern *r*-stämmen, in *πατράσι*, *γαστράσι* u. s. w. (vgl. verf. in Paul-Braunes beitr. III, 52 fg.), ferner auch bei den *n*-stämmen(?), in dem Pindar. *φρᾰσί*, in *ἀρᾰ̊σι** von *ἀρήν* (vgl. Brugman, stud. IX, 375 fg. anm. 10) l a u t g e s e t z l i c h entwickelt. Andrerseits hatten grade auch auf dorischem boden die nach Brugmans erklärung von den *-ες*-stämmen ausgehenden neubildungen auf *-εσσι* wie *ἱερομναμόνεσσι*, *πάντεσσι* ihre weite verbreitung gefunden (vgl. Ahrens dial. II, 229 fg.). Der dialect der Herakleoten nun wird den versuch gegenseitiger(?) formaler angleichung zwischen den beiden formen *-ασι* und *-εσσι* gemacht haben: *πρασσόντ-*

εσσι eignete sich das *α* von *πατράσι* statt seines *ε* an, daher *πρασσόντασσι.*"

Atqui huic rationi multa obstant. Nam primum quidem dativi in *-εσσι* utrum umquam fuerint apud Italiotas, nescimus. In his tabulis certe non leguntur. Praeter illos enim dativos in *-ασσι* unum exstat *πᾶσι* II, 66 M., quod attici sermonis vi atque auctoritate irrepsisse videtur (Meister, Stud. IV p. 369 sq. et p. 446 sq.). Nec de *πατράσι* vel similibus formis, ad quas in tertio commentationis capite redibo, in hac dialecto constat. Itaque earum formarum, quas „mutua quadam affectione" inter se exaequatas esse vir doctus suspicatur, neutra re vera exstat. Praeterea autem dativos in *-ασι* aliquando duplex sigma habuisse, ne uno quidem exemplo allato demonstrari poterit; non igitur egomet video, quid „mutua adaequatione" Osthoffius sibi voluerit. Denique paucorum, quae antiquitus in *-ασι* exibant, vocabulorum qualis fuerit auctoritas, nonne rogabimus, ut *α* vocalem omnibus ceteris inculcarent innumerabilibus?

Ac si quis dixerit, a neutri generis substantivis, quae in *-ας* exeunt, *-ασσι* illud esse desumptum, ne hic quidem poterit quidquam afferre, quod vel minimam probabilitatis speciem habeat. Nam unica exstat *-ασ-σι* vel *-α-σσι* illa terminatio: *δεικανόωντο δέπασσιν* *O*, 86 (*δεπάεσσιν* D Vrat. A), praeter quam formam in Iliade reperiuntur harum stirpium hi dativi pluralis: *δεπάεσσι* *A* 471, *Γ* 295, *Δ* 3, *Θ* 162, *I* 176, *M* 311; *τεράεσσι* *Δ* 398, 408, *Z* 183, *M* 256; *κεράεσσι* *N* 705; *κέρασι* *K* 294; *κρέασι* *Θ* 162, *M* 311; in Odyssea plane non legitur illa *-ασσι* forma; immo exstant hi dativi: *δεπάεσσι* *γ* 340, 472; *η* 137, 183; *ι* 10, *σ* 418, *φ* 263, 272; *κεράεσσι* *τ* 563; *κέρασι* *γ* 384, 426, 437. Itaque etiam in his neutris antiquitus *ε*- vocalis post stirpem inserta est.

Vidimus ex Osthoffii ratione nec dativos in *-σσι* nec eos, qui in *-ασσι* exeunt, ullo modo explicari posse. Quare jam propter duo haec argumenta ista ratio reicienda erit.

Nunc autem ad eam quaestionem transimus, utrum omnino verisimile fuerit, neutra in *-ες* exeuntia tantam vim et auctoritatem habuisse, ut omnem dativorum regulam corrumperent et quasi confunderent.

An cogitari potest, formationis cujusdam auctoritate multas formas a sua via deflectere, si eadem illa raro usu venit? Contendunt quidem cum alii viri docti tum Brugmanus, qui eo usque provehitur, ut unius solius exempli in lingua graeca id fieri potuisse opinetur. Contra in singulis condicionibus formarum, secundum quarum analogiam aliae formarentur, tamquam principatum vel magno formarum numero vel usus frequentia vel aliis rebus aperiendum esse declararunt viri illustrissimi G. Curtius[11]) praecipue Stud. IX p. 232 in adnotatione ad R. Merzdorfii commentationem, ubi analogiae vim comparat cum: „Störung des Laufes von Himmelskörpern durch andere ihre Bahn kreuzende" et Guil. Scherer, Gesch. der deutsch. Spr.[2] p. 26 sqq., qui cautissime de analogia judicat, multi alii viri et doctissimi ut Guil. Hartelius, hom. Stud. I p. 22; Fr. Ritschelius, Opusc. II p. 542. — Quae vero duo exempla Brugmanus attulit Stud. IX p. 298 adn. 12, quibus sententiam de *-εσσι* suffixo prolatam tueretur, libenter fateor haec primum inspicienti esse speciosa. Primum enim *ἀμνημονέστερος* confert comparativum, quem quod secundum alios ut *ἀεικέστερος, σαφέστερος* exstitisse contendit, facile concedi potest. Etenim cum adjectiva composita in *-ες* exeuntia ab antiquissimis temporibus creberrima sunt, tum *ἀμνημόντερος** alii comparativi commode formari non potuisse videntur. Accedit quod pleraque adjectiva in *-ων*, quamdiu notio principalis vigebat, a comparativi ratione sua natura prorsus aliena sunt ut *εὐδαίμων, ἄφρων, μνήμων.* Ita factum est, ut cum initio comparativo carerent, postea, usu dilatato cum nihilo minus requireretur ejusmodi forma, in adjectivorum in *-εστερος* formam transirent. Vel maxime re vera terminationem *-εστερος* apud comparativos valere, bene intellegitur ex tabulis ab R. Kuehnero datis Ausf. Gr. I[2] p. 430 sqq.

Nec minus probabile videtur *κράτεσφι* *K* 156 secundum *στήθεσφι, ὄχεσφι, ὄρεσφι* aliorum analogiam prodiisse, quia in alterius declinationis stirpibus praeter *ναῦφι* et *κοτυληδονόφι* *ε* 433 tantum in his neutris suffixum illud legitur. Quamquam

11) Quamquam et ipsum analogiae sive *συνεκδρομῆς*, quam veteres grammatici vocarunt, cautam rationem, ut fieri debuit, probare elucet ex scriptis ut Stud. V p. 241 sqq.; VI p. 262.

an etiam κρατεσ- stirps umquam exstiterit, propter hujus stirpis καρ- κρᾱτ (κρα-ατ*)- καρητ- καρηατ- καρηνο- miram varietatem (Al. Rzach, Hes. p. 415) dubito, praesertim cum etiam praeter vulgare κλέος legamus κλεῖτος Alcm. fr. 85. Facile vero augentur ejusmodi analogiae exempla, qua terminatio quaedam pervolgata majorem, quam antiquitus habebat, provinciam occuparet. Ita ἕξ-ά-κις, εἰκοσ-ά-κις alia multiplicativa secundum τετρά-κις (v. τετρά-πους, τετρα-λογία), πεντά-κις (v. πεντα-ετής, πεντά-εθλον), ἑπτά-κις sunt formata. Quamquam non est neglegendum, ο- vocalem in mediis nominum non compositorum syllabis fere semper respui (Curtius, Grdz.[5] p. 642 adn.). — Contra id quoque non praetermitto, ο vocalem in graeca nominum compositione, ι in latina luxuriari ut in πιτυοκάμπτης, πολιοῦχος, causidicus.

Sed in his omnibus exemplis elucet vis et auctoritas ejus formationis, qua ut alia quaedam e suis finibus evagetur, efficitur. Quis igitur non mirabitur de dativorum stirpium in -ες exeuntium ratione? Secundum Brugmani et Osthoffii sententiam exspectaremus, frequentissimas esse antiquiore tempore formas, quales sunt ἔπεσσι, βέλεσσι, minus frequentes et correptas ut ἔπεσι, βέλεσι et rariores etiam amplificatas ut ἐπέεσσι, βελέεσσι. Sed numquam formarum in -σσι tamquam dominationem invenimus, immo jam in carminibus homericis, certe in Odyssea, formae in -εσσι et -σι saepius usu veniunt quam illae. Haec autem est trium formarum ratio:

In Iliade reperiuntur stirpium in -ες desinentium 349 dativi, qui quidem ita distribuuntur, ut occurant:

120 (17)* in -σσι ut ἔπεσσι,
113 (25) in -σι ut ἔπεσι,
116 (17) in -εσσι ut ἐπέεσσι.

In Odyssea exstant 253 dativi:

85 (13) in -σσι,
55 (24) in -σι,
113 (19) in -εσσι.

Apud Hesiodum leguntur 42 exempla:

17 (6) in -σσι,

*) Uncis circumdedi numerum vocabulorum, quos pro singulis numeravi, saepius repetitorum.

14 (8) in -σι,
11 (10) in -εσσι.

In hymnis homericis occurrunt 40 formae:

13 (6) in -σσι,
19 (12) in -σι,
8 (5) in -εσσι.

Apollonius Rhodius[12]) utitur harum stirpium 132 dativis:

28 (10) in -σσι,
43 (18) in -σι,
61 (18) in -εσσι.

Apud Pindarum inveniuntur 48 dativi:

8 (8) in -σσι,
38 (24) in -σι,
2 (2) in -εσσι.

Nec difficultate carere duplicis analogiae illam Brugmani conjecturam jam vidit Leo Meyer, decl. p. 103, ubi declarat vir doctissimus: „Wie wenig Werth die mehrfach wiederholte Erklärung der Casusformen auf -εσσι aus ursprünglicher Anfügung des einfachen -σι an Grundformen auf -ες (εσ-σι) und dann späterem Weiterumsichgreifen dieses Ausgangs hat, zeigt sich grade in jenem Ausgang -έεσσι (aus ἐσεσσι*) am besten, worin eine Wiederholung des Suffixes -ες annehmen zu wollen doch sehr bedenklich bleiben muss."

Certa ejusmodi duplicis analogiae exempla in lingua graeca exstare vix crediderim, an in recentioribus quoque linguis negari possint, nescio. Sed etiamsi in recentiore quadam lingua vel linguae aetate duplicis analogiae exempla exstant certissima, probari plane nequit, si quis ut Brugmanus, Morph. Unters. I p. 82 sqq. et alibi ex hac de lingua quadam antiquiore conjecturam facit. Nec minus verba de analogiae ratione in praefatione ad Morph. Unters. I p. XIII sq. prolata linguae tamquam vitam et progressum ignorare videntur, cum analogiam in antiquissima cujusdam linguae aetate non minus quam in recentissima vigere opinentur viri illi docti, qui l. c. haec proferunt:

12) Ex iis, qui usum homericum vel epicum anxie enucleabant et imitabantur, versificatoribus potius quam poetis Apollonium Rhodium inspicere satis habui, quia pro terminationum origine et progressu sane nullius momenti sunt Alexandrinorum opera.

„Da sich klar herausstellt, dass die formassociation, d. h. die neubildung von sprachformen auf dem wege der analogie im leben der neueren sprachen eine sehr bedeutende rolle spielt, so — ist diese art von sprachneuerung unbedenklich auch für die älteren und ältesten perioden anzuerkennen, und nicht nur überhaupt hier anzuerkennen, sondern es ist dieses erklärungsprincip auch in derselben weise zu verwerten, wie zur erklärung von spracherscheinungen späterer perioden, und es darf nicht im mindesten auffallen, wenn analogiebildungen in den älteren und ältesten sprachperioden in demselben umfange oder — gar in noch grösserem umfange uns entgegentreten, wie in den jüngeren und jüngsten."

Uberius quidem de scientiae nostrae legibus et rationibus disserere hoc loco meum non est. Hoc autem profiteri mihi liceat, in quo cum plerisque, qui de linguae natura ac progressu optime meruerunt, viris doctis me consentire arbitror: Suam quaeque lingua, suam quaeque linguae aetas indolem et naturam habet. Nihil igitur mihi perniciosius esse videtur, quam inter singulas linguas, etiamsi aetate plurimum distant, plane nullum discrimen agnoscere, et quod in una fieri possit, statim etiam in aliis factum esse pro certo habere. Ea praecipue, quae Morph. Unters. I p. XV sqq. proferuntur, obstant et repugnant, quidquid de hac re sagacissime protulerunt viri illustrissimi Guil. Humboldtius, H. Steinthalius, G. Curtius, multi alii; neque opus est singulos vel libros vel locos laudare. Atqui flexionum varietates certasque leges non ab initio sed postea demum usu magis magisque senescente confundi, eaque re semper magis augeri rigidam quandam loquendi uniformitatem, semper magis verba reduci ad rerum notas, quis tam caecus est quin cernat? Nonne etiam ex legum metricarum diversitate elucet, recentiorum linguarum aliam esse rationem atque antiquarum? Linguae tamquam corpus mori, loco quodam ait Steinthalius, animum enasci. Sed haec hactenus. Meam rationem adumbrare, non defendere volui; etenim jam voce satis magna clamare mihi videntur linguae ipsae, si quis ex iis discere, non eis imperare sibi proposuerit.

Denique etiam aliud quiddam de analogiae ratione maximi momenti mihi quidem esse videtur. Si quod certum analogiae

exemplum statuendum est, ita res comparata esse solet, ut eae quae secundum aliarum analogiam exstiterunt formae magis magisque exuberent et antiquiorum formarum ex regula factarum memoriam fere oblivione obruant. Notissimum est verba in -μι ab eis, quae in ω exeunt, temporis delapsu magis magisque opprimi (G. Curtius, verb. I² p. 38 sq., 162, alibi); multa similia ex unaquaque lingua cuique occurrent; in memoriam revoco id quod fit in lingua theodisca, ubi stirpium in ι exeuntium declinatio ultra fines ab initio constitutos magis magisque evagatur. Quid igitur judicas de -εσσι et -σι terminationum ratione? Cum pristinam locativi plur. formam -σι suffixum statuant, -εσσι autem formationem abusu quodam exortam censeant viri illi docti, nonne exspectandum erat, quo recentiora essent linguae graecae monumenta, eo frequentiorem fore -εσσι terminationem? At contrarium verum est. In carminibus homericis quamquam sunt pervolgatae pleniores formae, jam praevalet brevior terminatio. Similis est ratio apud Hesiodum, in hymnis homericis, in poesi epica Alexandrinorum et posteriorum poetarum. Apud poetas elegiacos raro usu veniunt pleniora suffixa, rarissime apud iambicos et melicos. Atticis, si poetas exceperis, -εσσι prorsus ignotum est. In doricis titulis post Alexandri aetatem confectis saepius legitur -σι terminatio, quam dialectus aeolica fere ubique vitat.

CAPUT SECUNDUM.

De singularum dativi plur. in lingua graeca terminationum usu.

§ 3. *De dativis doricis et aeolicis.*

Doricae dialecti formas adumbrat Henr. Lud. Ahrens II p. 229 sqq. Quae in singulis commentationibus posteriores addiderunt, pauca sunt. Illud χερσίν apud Sophronem, Euripidis fere aequalem, fr. 65 antiquissimum hujus terminationis in dorica dialecto exemplum esse videtur. In titulis autem infra

Alexandri aetatem saepe reperitur. Ita primo obtuitu mihi occurrerunt laconicae dialecti haec exempla: *ἐντυγχάνουσιν* Cauer, del. 5, 8; *ἔθεσιν* C. I. 1350; *ἔρνεσιν* C. I. 1499; dialecti creticae haec: *πλ(ε)ίοσιν* Cauer, del. 38, 32; *πόλεσι* Cauer 39, 7; *μετέχωσι* Cauer 39, 16. 18; *διδῶσιν* et *προγεγονόσι* C. I. 2556; *εὐορκῶσι* C. I. 2555; *εἰςάγωσι* et *ἐξάγωσι* C. I. 2558; *Πριανσιεῦσι* C. I. 2556. Alia exempla commemoro Megarica: *ἐντυγχάνουσι* Cauer 36, 6; *ἄρχουσιν* Cauer 35, 35; Argivorum est *ταῖς πόλεσιν* Cauer 18, 31.

Terminatio in *-εσσι* viget sola apud Epicharmum, Aeschyli aequalem, in duobus *ῥίνεσσι* fr. 9 et *γυναικάνδρεσσι* fr. 156 exemplis; apud Sophronem praeter *χερσίν* fr. 65 exstat *τρηματιζόντεσσι* fr. 99. Apud Thucydidem in Lacedaemoniorum et Argivorum foederibus V c. 77. 79 legitur *πολίεσσι;* sola viget haec formatio in decreto Amphictyonum C. I. 1688, ubi duo haec exempla reperiuntur: *ἱερομναμόνεσσι* l. 16. 39; *πάντεσσι* l. 22. 44. In titulo Corcyr. 1845, 39. 63 exstat *ἁρμάτεσσι.* Etiam apud Archimedem secundum Ahr. I p. 230 longius suffixum breviore frequentius esse videtur; prius legitur in exemplis ut *κοσμισθέντεσσι* de Hel. p. 217; *διαστημάτεσσιν* p. 220. 253. 254; *κεκοινωνηκότεσσι* et *μεταλελαβηκότεσσι* Aren. p. 331. Alia *-εσσι* terminationis exempla affero Delphica: *ἐν πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι* in E. Curtii Anecd. Delph. tit. 46 (aliter v. Cauer, del. 84, 25: *ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγώνοις*); *ἱερομναμόνεσσι* et *πάντεσσι* C. I. 1688. In titulo Megarico C. I. 1067 exstat *λαγόνεσσιν*, quae eadem suffixi forma occurrit apud Locrenses Opuntios in *Κεφαλλάνεσσι*, *χρημάτεσ[σι]* exemplis = Cauer 92, 3. 5, ubi terminationes illae eo sunt memorabiliores, quod hujus tituli aetatem aut infimam Macedonicae aut primam Romanae dominationis esse propter litterarum formas Cumanudes, qui edidit titulum, arbitratus est.

Praeter duo haec suffixa satis vulgaria exstant tria alia satis memorabilia. Apud Pseudopythagoreos enim praeter *-εσσι* terminationem secundum Ahrensium haud inaudita fuisse videtur *-εσι* forma simplici spirante scripta ut in *παρεόντεσι* apud Archyt. in Stob. Flor. CXV, 27 et *θρεμμάτεσι* ibid. XLVI, 61, quam Ahrensius quidem a librariis ex pleniore *-εσσι* corruptam existimat. Quod saepissime factum esse, vel inde elucet,

quod librarius librorum Hesiodeorum *M* (= Cod. Laurent. XXXI, 39) fere semper simplicem spirantem pro geminata scripsit. (Koechly-Kinkel in praef. ad edit. p. XI). Quod tamen Ahrensius dicit, etiam *πολίεσι* in loco Pindarico: *πάσαισι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ* Pyth. VII, 9 a Boeckhio recte esse damnatum, quamvis meliores libri *πολίεσσι* praebeant, metro tamen postulatur ita, ut ille ipse in altera editione et cum eo omnes ceteri, qui Pindari carmina ediderunt, viri docti *πολίεσι* restituerint. Praeterea defenditur *-εσι* suffixum, ex *-εσσι* aperte attenuatum, non uno certo exemplo. Quinque sunt formae homericae [13]; quarum tres occurrunt in caesura bucolica: *ἴνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν* Ψ 191; *παρ᾽ οἴεσιν ἢ παρὰ βουσίν* ο 386; (*παρ᾽ ὑάσιν* D. *παρ᾽ ὕεσιν* G. *παρ᾽ ὕεσσιν* I.); *ἀνάκτεσιν ἤπια εἰδώς* ο 557; quarta pede quinto: *ὁ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων* (*χερσί* E) Υ 468; una pede primo: *αἴγεσιν ἢ ὀΐεσσι* Κ 486. Alia a Buttmanno hujus formationis exempla commemorantur Ausf. gr. Spr. I² p. 178 sq. adn. 1: *κτένεσίν(τε)* in attici versus exitu apud Athen. III p. 86 c et *κλάδεσι* Ar. av. 239. Qua de posteriore tamen forma metaplastica non facile est dijudicatu, utrum ad *κλαδ-* an *κλάδεσ-* stirpem sit referenda. Etiamsi *κλαδί* Ar. Lys. 632 legitur, *κλαδέεσσι* apud Nicandrum secundum Athen. XV p. 683 c exstat praeter *κλάδας* ibid. p. 684 a. Quod etiam tria illa *-εσι* suffixi enumerat Buttmannus l. c. p. 178 exempla

13) Quibuscum tria alia parum caute *-εσιν* scribens adjungit Aug. Nauckius in sua editione (L. 1874—1879): *χείρεσσ᾽ ἀμφοτέρῃς* Μ 382, ubi magna quidem est librorum discrepantia, sed praebet illam lectionem cod. A in marg. C. L, et Aristarchus commendat; *χείρεσιν* autem defenditur libris solis Lips. Eton. deterioribus; deinde *χείρεσσ᾽ ἀθανάτῃσι* Π 704, (*χείρεσιν* G, *χείρεσι τ᾽* S), ubi lectio confirmatur *χείρεσσ᾽ ἀθανάτῃσιν* hymn. IV, 253 B, quod sine librorum discrepantia occurrit; denique *νήεσσ᾽ ἡγήσασθαι* ξ 238 (*νήεσιν* KP.). — Nec satis video, cur vir ille doctissimus ita egerit. Nam quod praeter Ζ 362; *Τρώεσσ᾽ οἳ μέγ᾽ ἐμεῖο ποθὴν ἀπέοντος ἔχουσιν* (G. M. = *Τρώεσιν*), quem dativum idem ille Nauckius contra libros potiores in *Τρωσίν, τοι* — — immutare maluerit, haec formarum in *-εσσι* primo pede sola exempla reperiantur, mirum esse nequit. Contra *-εσιν* suffixi Κ 486 solus locus ad primum pedem spectat.

Immo pro quattuor *-εσιν* terminationis exemplis, quia vocalis littera ea sequitur, jam Ahrensius, ut apud L. Meyerum, decl. p. 104 sqq. vidi, *ἴνεσσ᾽, οἴεσσ᾽, ἀνάκτεσσ᾽, αἴγεσσ᾽* scribere maluit; sed Υ 468 sine majore quadam violentia vix mutari poterit.

herodotea: *δαιτυμόνεσι* VI, 57; *πλεόνεσι* VII, 224; *μήνεσι* IV, 43; VIII, 51, ubi tamen in *δαιτυμόνεσι* solo nullam lectionis varietatem praebent libri mss., tanta vulgaris *-σι* formae exemplorum multitudine obruuntur, ut jam Bredovius, de dial. herod. III p. 254 illos dativos ex editionibus eiciendos esse recte suspicatus sit. His igitur rebus expositis Ahrensio cautius et providentius judicasse videtur Buttmannus, cum l. c. p. 179 in adn. dicat etiam *-εσι* formam probatam esse „interioribus“ rationibus et locis poetarum haud dubiis. Sed jam satis dixi de formis in *-εσι*.

In tabulis Heracleensibus exstat illa formatio, quae antiquissimum colorem prae se fert, nempe *-ασσι* suffixum eoque memorabilius, quod invenitur etiam eo tempore[14]), quo in dialecto Laconica, unde Heracleensium effluxit (v. Meister l. c. p. 360 sqq.) jam *-σι* terminatio non modo praevaluisse, sed sola viguisse videtur. Priore tabula continentur quattuor exempla illa supra nominata; *πᾶσι* dativus tab. II, 66 *M.* Ahrensium subterfugisse videtur (Ahr. II p. 230). Huc accedit forma quaedam apud Hesychium conservata, quam Maur. Schmidtius non dubito quin in minore editione recte Heracleensibus attribuerit. Glossa autem illa Hesychiana est:

ἀβάντασ(σ)ιν· ἀναβᾶσιν. [15])

Postremo in dorica dialecto dativi pluralis in *-οις* etiam post stirpes alterius declinationis invenitur mira forma metaplastica, de qua breviter disseruit Ahrensius II p. 230 sq., I p. 236. Magna exemplorum copia ex titulis, quibus ille nondum uti potuit, reperta viri praestantissimi vestigia alii secuti sunt. Hi maxime mihi videntur esse commemorandi: G. Curtius, Abh. 1864 p. 223 sq.; R. Merzdorfius, Sprachw. Abh. aus G. Curtius' grammat. Ges. p. 38 sqq.; Jo. Baunack, Stud. X p. 91 sqq. Hic vir doctus dativos illos accurate congestos latis-

---

14) Ric. Meister, Stud. IV p. 448, 360 sq. Mazocchii, Ahrensii, Franzii sententiae accedit, qui tabulas exitu saec. IV. a. Chr. exaratas esse censuerant.

15) De *ἀνά* praepositionis apocope ea, qua etiam *ν* deletur, conferendae sunt glossae illae ut *ἄττασι· ἀνάστηθι* (*Λάκωνες*); *ὄστασαν·* (Aeoles) *ἀνέστησαν*; praepositionis *κατά* exempla diligenter congessit Jo. F. Baunack, Stud. X p. 109 sqq.

sime patere ostendit, ita ut dubitem, num quis recte Aristophani grammatico apud Eustath. 279, 38, qui aetolicam nominat formam, assentiatur. Inter inscriptionis Andaniensis exempla ne unus quidem dativus *-σι* vel *-εσσι* suffixo praeditus occurrit. (Sauppe, Mysterieninschr. v. Andania p. 12). De formarum tamen explicatione cum Baunackio facere nequeo, qui l. c. p. 91 sq. declarat: „Proficiscendum est mea quidem sententia a forma in *-εσσι* exeunte. Ut enim ex *ἀνθρώποισι, ἀνθρώποις* ita ex *ἀγώνεσσι* forma *ἀγώνες** fieri potuit, quae tamen, quandoquidem nominativus plur. jam ita sonabat, deleta vel potius in genetivorum plur. sec. decl. analogiam est redacta, quod lingua utrumque casum certa terminatione insignire studuit.“ Nam quare a dativo in *-εσσι* ad formam metaplasticam explicandam profectus sit Baunackius, non satis intellego, quia in eadem dialecto et *-σι* et *-εσσι* et *-οις* formae occurrunt. At si nulla alia re illa sententia infringeretur, num fieri potuisse censebimus, ut littera illa *ι* in alterius declinationis stirpibus significans detruderetur? Immo alia quaedam metaplasmi illius causa fuisse videtur, quae eadem in hujus casus formatione neglegi et despici nullo modo debet: Graeci quodammodo cavere voluisse videntur, ne nimis stirps terminatione *-σι* breviore laederetur et ceteris casibus dissimilior fieret. — Pro dativi pluralis igitur in dorica dialecto terminationum ratione Ahrensis judicio II p. 230 non dubito prorsus accedere.

Priusquam ad dialectum aeolicam transeamus, non omitto, post stirpes in *-ι* vel *-υ* aut in diphthongum exeuntes rarissime longiorem *-εσσι* terminationem reperiri. Atque Ahrensius quidem II p. 232 praeter *πολίεσσι* Thuc. V c. 77. 79 commemorat haec tantum *-σι* terminationis exempla: *πόλεσι* Herm. 1193, Cret. 2556; *πρυτάνεσι* Rhod. 2905; *ἐπιχύσεσι* Rhod. 2525^{b}. Stirpium in *-ευ* desinentium idem Ahrensius II p. 237 affert *Πριανσιεῦσι* Cret. 2556; (*πρυτα*)*νεῦσι* Rhod. 2530; *Λαμιέοις* Delph. Mus. Nov. Rhen. V p. 114 exempla. Longior tamen suffixi forma exstat apud poetam in *Δωριέεσσι* Theocr. XV, 93. Hoc loco commemoro etiam nonnullos dativos satis memorabiles, quorum mentionem facit Lobeckius, Path. Elem. I, 259: *δρομέσι* apud Callimachum sec. Anecd. Beck. III p. 1185

(v. O. Schneider, Callim. II p. 690 [fr. 555]); *τοκέσι* C. I. 948; *Σιφάεσι*; *γονέσιν* Kaibel, Epigr. gr. p. 169 Nr. 425. Fortasse accedit *τομέσι*, qui dativus in Archimedis editione Basileensi p. 99 legitur, etsi in Oxoniensi p. 247 sine lectionis varietate *τομεῦσι* exstat forma vulgaris (Ahr. II p. 237; Westphal, Meth. Gr. I p. 282).

Utrum metaplasmus quidam in stirpes in *-υ* exeuntes agnoscendus sit, an rectius dromevsi, gonevsi, quomodo in posteriore graecitate sonabant dativi, litteris male expressi sint dubito.

Apud Aeoles formam in *-εσσι* aperte praevaluisse ita, ut veteres grammatici aeolicam eam appellarent, jam supra indicavimus. Atque in titulis lesbiacis usque ad recentissimam aetatem hanc pleniorem formam vigere apparet ex exemplis, quae affert Ahrensius I p. 115: *ἐλθόντεσσι, ἐόντεσσι, διαλυσίεσσι* C. I. 2166; *ἀρχόντεσσι* C. I. 2167; *ἀγώνεσσι, πάντεσσι, εὐεργετησάντεσσι* Cum.; *σύρκεσι· σαρξίν· Αἰολεῖς* (leg. *σύρκεσσι*) Hesych.

Alia hujus formationis exempla commemoro: *[βασι]λήεσσι, Μακεδόνεσσιν, [χρημ]άτεσσι* Cauer, del. 121, 8. 9. 22; *φερόντεσσι* Cauer 123, 29; *παίδεσσι, ἐόντεσσι* Cauer 126, 2. 4. In lesbiacae igitur dialecti titulis etsi sola longior terminatio viget, apud p o e t a s tamen haud raro brevior forma occurrit, de quibus postea disserere nobis propositum est.

In boeotica dialecto praeter *ἤγυς* (pro *αἴγοις*) formam metaplasticam C. I. 1569ᵃ, 39 sola longior terminatio exstat (Ahr. I p. 204). Omnia exempla collegit Ern. Beermann, Stud. IX p. 71 sq. Sunt autem haec: *ἄνδρεσσι* C. I. 1569, 2; 1580, 1; 1581, 1; *χαρίτεσσι* „Nachtr. z. syll. inscr. Boeot." K. Keil, 38ᶜ 1) 2; *βούεσσι* [16]) C. I. 1569ᵃ, 38; *πελέκεσσι, Ταναγρίδεσσι* Cor. 18, 20. Semel etiam formam in *-εσι* attenuatam, si quidem recte tradita est, invenimus in *παρα[μει]νάντεσι* dativo (K. Keil l. c. 21, 8).

In titulis thessalicis praeter *πάντεσσι*, Cauer, del. 100/101, 14

16) Pro *βόϝεσσι**, *ϝ* in *υ* mutato, id quod ut in lesbiaca dialecto non raro fit (Ahr. I p. 171); etiam magis nota sunt exempla epica ut *εὔαδεν, αὐέρυσαν, αὐίαχοι*. Omnem quaestionem examinavit G. Curtius, Grdz.⁵ p. 565 sqq.

occurrunt dativi metaplastici ut *Μελιταίοις* vel *Μελιταιέοις*; *Πηρέοις* Cauer, 104, 1. 4; *Αἰνιάνοις* Cauer, 105, 16.

In dialecto arcadica Maur. Ad. Gelbke, Stud. II p. 38 declarat pleniorem terminationem usui non fuisse. Brevior *-σι* forma saepius exstat, ut in *ἐσδόσεσι* Cauer, 117, 16; *ἀναλώμασι* Cauer, 117, 44; vel in titulo cyprico Cauer, 118 p. 141 bis *τοῖς παισί*. Formam autem metaplasticam praebent recentioris aetatis exempla a Baunackio, Stud. X p. 94 commemorata ut: *ταῖς πολέοις, [εἰς]αγόντοις*, quam terminationem etiam a dialecto Eleorum non alienam fuisse elucet ex „*ἐν τοῖρ Διονυσιακοῖρ ἀγώνοιρ*" apud Cauerum 116, 25.

Sed jam ad finem pergamus hujus recensus: Longiorem igitur *-εσσι* (vel *-ασσι*) terminationem vidimus in dialecto dorica praecipueque in aeolica praevaluisse et ita, ut priore quidem aetate fere sola viguisse videatur. Nec nisi in recentioris aetatis titulis praeter Sophronis illud *χερσίν* fr. 65 formam in *-σι* vel metaplasticam illam invenimus. A nonnullis dialectis ut a boeotica, fortasse etiam a lesbiaca, semper alienum fuisse videtur *-σι* suffixum.

§ 4. *Dativi pluralis epici.*

In Iliade stirpium alterius declinationis egomet quidem numeravi exceptis pronominibus ut *σφίσι*, quod in 34 Iliadis et in 22 Odysseae exemplis repperi, aut *τοίσδεσσι* *Κ* 462; *β* 47, 165; *ν* 258; *τοίσδεσι* *κ* 268, *φ* 63 dativos plur. **1543**, atque ita in singulas terminationes distribuuntur, ut occurrant:

501	(86)	exempla	in *-εσσι* [17])
157	(22)	„	in *-σσι*
3	(3)	„	in *-εσι*
882	(104)	„	in *-σι* (*ασι*).

17) Aug. Nauckius quidem, utpote qui in carminibus homericis eandem efficere studeat „aequabilitatem", quam J. Bekkerus in altera editione (Bonn 1852) affectaverat, in 47 Iliadis exemplis *-εσσι* in *-σσι* (raro in *-σι*) terminationem immutavit. Cum viro doctissimo etsi facere nequeo, tamen non inutile erit locos afferre: *Α* 223, 288, 519, 582; *Β* 164, 180, 189, 277, 378; *Γ* 38; *Δ* 3, 6; *Ε* 30, 419, 893; *Ζ* 325, 337; *Θ* 662; *Ι* 73, 376, 526; *Λ* 137; *Μ* 267, 311, 382, 391; *Ν* 768; *Ο* 127, 156, 198;

In Odyssea reperiuntur **1060** formae earumque
323 (74) dativi in -εσσι [17])
104 (15) „ in -σσι
2 (2) „ in -εσι
631 (87) „ in -σι (ασι).

Jam his numeris refutatur G. Gerlandi sententia, quam KZ. IX p. 58 protulit, cum declarat: „Bei Homer herrscht die ursprüngliche endung -σσι [oder -ε-σσι] — — in der consonantischen declination noch durchaus vor; der kampf gegen sie hat aber schon begonnen.“ Immo si et poesis homericae indolis ac naturae et singulorum, ubi -εσσι exstat forma, locorum ratio habita erit, concedendum esse videtur, vetustatis speciem fere ubique conspici [18]). — Hoc vero loco secundum stirpes dativorum plur. exempla sunt recensenda, si quid lucis, quantulumcumque est, terminationum fluctuationis origini afferatur. Atque eum stirpium ordinem secutus singula exempla enumerabo, ut a stirpibus in -ι, υ et diphthongum desinentibus exordiar, deinde ad eas stirpes transeam, quarum consonans finalis mobilis, denique eas amplectar, quarum consonans finalis sit prorsus immobilis.

Π 628, 704; Σ 231, 273; Υ 109, 156, 200, 211, 431; Φ 286, 339, 480; Ψ 363; Ω 102, 771, 772, 759. In Odyssea mutavit Nauckius hos 44 dativos: α 440; γ 264, 280, 472; δ 137, 461; ε 124; η 17; ϑ 77, 91; ι 224, 282, 493; κ 12, 173, 422, 442, 547; λ 99, 173, 199; μ 36, 207; ν 323; ξ 238; ο 411; π 279, 286; ϱ 123, 393; σ 111, 244, 283, 326, 415; τ 5; υ 323; φ 192, 206; χ 213; ψ 216; ω 240, 393, 410.

18) Commentariolum, quo in hanc rem inquisiveram, quia huic libello non adjunxi, hoc tantum liceat mihi adumbrare: Inter duas vel tres formas epicas aetate vel maxime distantes poetas non eam elegisse, quae in quemvis locum optime quadraret, sed plerumque aut omnem vetustam formulam aut certe versus sedem eos retinuisse, diserte declaravit Aug. Leskienius, Fleckeis. Ann. 95 [1867] p. 2: „die erhaltung der genetivform auf -οιο ist wie die anderer eigenthümlichkeiten eine künstliche; d. h. durch ausdruck und metrum waren solche formen fixiert und so ihre unveränderte überlieferung möglich gemacht.“ Similem condicionem in poesi epica inter vetustiores formas in -σσι, -εσσι et breviorem in -σι exstare conatus eram comprobare. — Nec nimis de illorum suffixorum in aliis linguae graecae dialectis alia ratione quisquam mirabitur, si consideraverit, dialectos doricam praecipueque aeolicam, quae quidem usque ad recentiorem aetatem -εσσι retinebant, ab ionica et attica prorsus differre et ita, ut ῐ pristina vocali conservata plane aliam atque illae speciem praebeant et colorem.

A. 1. Stirpium in -ι desinentium inveniuntur in carminibus homericis 10 (2) dativi in -εσσι: ὀΐεσσι Ε 137, Ζ 424, Κ 486; ζ 132, ϱ 472; ὄεσσι Ζ 25, Λ 106; ι 418; πολίεσσι φ 252, ω 355; una forma in -εσι: ὀΐεσι ο 386; una in -σσι: ἴϱισσι Λ 27; una in -σι: ἐπάλξεσι X, 3.

2. Stirpium in -υ exeuntium leguntur 43 (7) dativi in -εσσι: ἀσταχύεσσι Β 148; σταχύεσσι Ψ 598; νεκύεσσι Ε 397, Κ 349, Ο 118, Φ 230, 325; κ 518, λ 26, 485, 491, μ 383; σύεσσι Μ 146; ν 407; ξ 25, π 3; ὕεσσι ν 410, ξ 8, 372, ο 397, φ 363; alia stirpis formatione: γούνεσσι [19]) Ι 488, Ρ 451, 569; δούϱεσσι [19]) Μ 303, ϑ 528; πολέεσσι Ε 546, Ι 73, Μ 399, Ο 258, Π 262, Τ 274; ε 54, ϑ 137, σ 123, υ 200; ταχέεσσι Θ 339, Υ 189, Φ 564, Χ 8, 173, 230; ν 261. Exempla in -σσι sunt haec 11 (5): γένυσσι Λ 416; πίτυσσι ι 186; νέκυσσι λ 569, χ 401, ψ 45; alia sunt: πολέσσι Ν 452, Ρ 236, 308; πελέκεσσι Ν 391, Ο 711, Π 484. In -σι exeunt hi 50 (10) dativi: ὀφϱύσι δ 153, ϑ 86, 531, ι 468, μ 194, π 164, 219, φ 431; novies in Iliade; συσί Ε 783, Η 257, ξ 14; δάκϱυσι Ι 570, Ψ 16, Ω 162; ε 83, 157; η 260, ϱ 103, τ 596; δϱυσί Ξ 398, ι 186; ἰχϑύσι Τ 268, Φ 122, Ω 82; μ 252, ο 480; Ἐϱινύσι υ 78; alia stirpis formatione: πολέσι Δ 388, Κ 262, Λ 688, Ν 661, Π 240, 329, Ψ 60; β 66, λ 495, υ 30; ὀξέσι Μ 56, Ο 711; πώεσι δ 413; ϑαμέσι [20]) ε 252.

3. Stirpium in diphthongum terminantium exstant 64 (3) exempla in -εσσι: ἀϱιστήεσσι Λ 227, Ε 206, Η 184, Ι 334, 421; ω 86; βόεσσι υ 219; Β 481, Η 474, Λ 674, Μ 105, Ο 587, 634, Π 488, Σ 577, 579; νήεσσι in 27 Iliadis, in 11 Odysseae exemplis; νέεσσι [21]) ξ 230; Ν 333, Ξ 51, Τ 135,

19) Γούνεσσι, δούϱεσσι sane exstiterunt productione suppletoria ex γονύεσσι*, γόνϝεσσι*, γόννεσσι* ut etiam γούνασι, δούϱασι ex γονύασι*, γόνϝασι*, γόννασι* (G. Curtius, Erl.³ p. 70).

20) A stirpe ϑαμυ- proficiscendum esse minus patet ex ϑαμεῖαι Λ 52, pro qua forma Aristarchus ϑαμειαί scribit, (v. Nauck, praef. ad Iliad. prior. part. p. IX sq.) quam ex comparativo ϑαμύντεϱαι· πυκνότεϱαι Hesych. (v. Leo Meyer, decl. p. 104).

21) Quod Leo Meyer, decl. p. 100 et alibi νέϝεσσι scribit, postquam de hac re sagacissime disputavit Merzdorfius, praematura morte nobis

Γ ter, Ο ter. — 231 (9) dativi exeunt in -σι: βασιλεῦσι Β 214, 247, Γ 270, Ι 334, 346, Υ 84; υ 196; ἱππεῦσι Δ 301, 322, Λ 720, Μ 66, Ο 258, Ψ 262; τοκεῦσι Δ 476, 477, Ο 439, Ρ 37, 301, Ω 741; δ 689, ζ 50; οὐρεῦσι Ω 716; ἁλιεῦσι ω 419; βοεῦσι β 426, ο 291; ἀμφιφορεῦσι β 290, 349, 379, ι 164, 204; βουσί Ε 161, Η 333, Μ 293, Ο 630, Σ 530, Υ 91; ξ 132, ο 386, ϱ 472, υ 209, 221; νηυσί denique occurrit in 154 Iliadis, in 36 Odysseae exemplis.

B. 4. Post stirpes in -ες vel -ας desinunt 205 (21) formae in -σσι: ἔπεσσι Ι 113, Κ 542, Ω 238 et in 12 Odysseae exemplis; τέκεσσι Ε 71, 535, Ν 176, Ο 551, Π 265, Ρ 133, Χ 453; β 178, ϑ 243, κ 61; λέχεσσι Γ 391; βέλεσσι Λ 42, Ν 555; νέφεσσι Ν 523; στήϑεσσι in 85 Iliadis, in 44 Odysseae exemplis; ὄρεσσι Λ 235, Ε 523, Μ 146, Ξ 290, Π 353, Ρ 282; γ 290, λ 574, τ 205; βένϑεσσι Λ 358, Σ 36; τείχεσσι Η 135; μέλεσσι Λ 669, Ψ 191, Ω 359; λ 394, ν 398, 430, σ 77, φ 283; τεύχεσσι Ψ 131, ω 496; σάκεσσι Ρ 354, π 474; ψεύδεσσι Φ 276, Ψ 576; ξ 387; δέπασσι Ο 86; ἀεικέσσι Β 264; ψευδέσσι Δ 235; καταπρηνέσσι Ο 114, 398; ῥήγεσσι υ 141; πελάγεσσι ε 335; σπήεσσι[22]) ι 400, κ 404, 424, π 232; σπέσσι[22]) α 15, 73; δ 403,

ereptus, Stud. IX p. 212 sqq., plane id est reiciendum. Nam numquam ejusmodi formae exstiterunt; immo haec est mutationum series: νᾱϝεσσι*, νήϝεσσι*, νήεσσι, νέεσσι. Vel νήϝεσσι scriptura ε vocali ante sequentem correpta infringi videtur.

22) Stirps σπεϝεσ- esse videtur (Brugman, Stud. IV p. 165), unde σπήε-σσι vel σπήεσ-σι exstitit, quocum conjungitur σπέσσι ex σπέεσσι*, quam metrum respuebat formam, hyphaeresi exorta (Fritsch, Stud. VI p. 98. 114; G. Curtius, Grdz.[5] p. 641); σπήεσσι autem in σπέεσσι* transitus idem est, qui νήεσσι in νέεσσι. — Pro illis formis cur Leo Meyer, decl. p. 103, 107 alibi commendaverit σπεέ-εσσι (ex σπηέ-εσσι*) et σπέεσι, quas Aug. Nauckius in textum recepit, non satis video. — De σπήεσσι, qui dativus semper reperitur in caesura pedis tertii trochaica, numquam varia lectio σπεέεσσι occurrit: ᾤκεον ἐν σπήεσσι ι 400; κτήματα δ' ἐν σπήεσσι πελάσσατε κ 404; κτήματα δὲ σπήεσσι πελάσσομεν κ 424; ἐν σπήεσσι | ϑεῶν ἰότητι κέονται π 232. — Σπέεσι autem deteriores tantum libri praebent (α 15: σπέεσιν A, σπέεσι G in marg. Q; α 73: AQ; ε 155: L; ι 114: AQ; ψ 335: R), cum σπέσσι defendatur et elocutionis junctione sollemni, qua forma σπέεσι recentissima refutari videtur:

ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι | α 15, 73; ε 155; ι 30, 114; ψ 335;
ὑπὸ σπ. γλ. δ 403

et ab Herodiano ἐν τῇ α' τῆς Ὀδυσσειακῆς προσῳδίας, Beck. An. 1266.

ε 155, ι 30, 144, ψ 335; καταπρηνέσσι ν 199, τ 467. — In -εσσι exeunt 229 (26) dativi: ἐπέεσσι in 55 Iliadis, in 63 Odysseae exemplis; τεκέεσσι Γ 160, Δ 162, Μ 222; ϑ 525, ξ 244; λεχέεσσι in 10 Iliadis, in 9 Odysseae exemplis; βελέεσσι γ 280, ε 124, λ 173, 199, ο 411 et in 11 Iliadis exemplis; ὀχέεσσι Ε 722, Σ 231; νεφέεσσι Ε 867, Ρ 594; ε 293, 303, ι 68, 145, μ 314, π 264; ϑυέεσσι Ζ 270, Ι 499; τελέεσσι Η 380, Λ 730, Σ 298; ξιφέεσσι Η 273, Π 337, Ρ 530; δεπάεσσι Λ 471, Γ 295, Δ 3, Θ 162, Ι 176, Μ 311; γ 340, 472, η 137, 183, ι 10, σ 418, φ 263, 272; τεράεσσι[23]) Δ 398, 408, Ζ 183, Μ 256; κεράεσσι[23]) Ν 705, τ 563; διοτρεφέεσσι Ε 463, ε 378; δυςμενέεσσι Ε 488, Ζ 453, Κ 193, Π 521, Ρ 158, Τ 168, 232, Χ 403; γ 90, ζ 184, ξ 218, π 234, χ 234, ϱ 289; διηνεκέεσσι Η 321, Μ 134; ξ 437; πρυλέεσσι Ε 744, Φ 90; ὁμηγερέεσσι Ο 84; μελέεσσι ν 432; σακέεσσι ξ 477; ῥακέεσσι τ 507; ἀχέεσσι τ 167; ἐϋρραφέεσσι β 354, 380; ἰϑαιγενέεσσι ξ 203; ἀρτεμέεσσι ν 43; κατωρυχέεσσι ζ 267, ι 185; ἐϋστρεφέεσσι ι 427. — Denique 168 (35) sunt exempla in -σι: ἔπεσι Λ 77, 150, 211, Β 73, Ψ 682; ϑ 170, ϱ 374, ω 161: βέλεσι Λ 657; π 277; στήϑεσι Δ 430, Ζ 65, Λ 100, Ν 618, Π 163, 503, Υ 20, Χ 452; ξίφεσι Ν 147, Ξ 26, Ο 278, 712, Π 637, Ρ 731; χ 443, ω 527; οὔρεσι[24]) in 11 Iliadis tantum exemplis; βένϑεσι Ν 21, 32; ϱ 316; ἄνϑεσι Β 89, Ι 542; τεύχεσι λ 74, 546; ξ 474, ω 69 et in 36 Iliadis exemplis; ὀνείδεσι Γ 438; σάκεσι Δ 282, Ρ 268; ξ 479; ἔγχεσι δ 211, π 474, ω 527 et in 13 Iliadis exemplis; ἔντεσι Ε 220, Ζ 418, Λ 731, Ν 331, 719, Π 279, Ρ 197, Τ 384; τάρφεσι Ε 555, Ο 606; κήδεσι Κ 106; ο 399, τ 378; χείλεσι Ο 102; α 381, σ 410, υ 268; κεύϑεσι Χ 482, ω 204; κέρδεσι Ψ 515, ν 299; ἄλγεσι Ω 568 et in 10 Odysseae exemplis; κρέασι Θ 162, Μ 311; κέρασι Κ 294; γ 384, 426, 437; δυςμενέσι Γ 51; διηνεκέσι Μ 297; νείκεσι

23) Leo Meyer, decl. p. 101, qui τεράεσσι ex τεράτεσσι, κεράεσσι ex κεράτεσσι explicat, miror quod id fieri potuisse putaverit, cum τ litteram inter duas vocales eiectam vereor ut probare possit (v. G. Curtius, gr. Schulgr.[11] § 169 Anm.).

24) In diphthongo -ου litterae ϝ initialis vestigium conspiciendum esse videtur (G. Curtius, Grdz.[5] p. 348); sed etiam recentioris formae exstat exemplum in composito „syntactico" ὀρεσίτροφος (Μ 299); in hymnis homericis bis legitur ὄρεσιν III, 33; IV, 54 B.

N 391, *Π* 484; *χαλκήρεσι* *P* 268, *Σ* 534, *Υ* 258; *ι* 55, *λ* 40; *ποδώκεσι* *Ψ* 262; *ῥάκεσι* *σ* 67, *χ* 488; *ἕρκεσι* *φ* 238, 384; *ἄγγεσι* *β* 289, *ι* 248; *κήτεσι* *δ* 452; *ἴχνεσι* *ϱ* 317; *κώεσι*[25]) *υ* 142; *τανυήκεσι* *χ* 443; *ἀναιδέσι* *α* 254, *ν* 376, *υ* ter, *ψ* 37; *ἀολλέσι* *γ* 165; *ἀνδραχθέσι* *κ* 121.

5. Stirpes in *-ο*[26]) exeuntes, quarum nominativus in *-ως* sonat, praebent 148(3) dativos in *-εσσι*: *ἡρώεσσι* *B* 483, 579, *N* 346, *Π* 144, *T* 391, *Ψ* 645; *δμώεσσι* *ζ* 71, *λ* 431, *ξ* 80, *ο* 379, *ω* 213, 219; *Τρώεσσι* *ϑ* 513, *λ* 169, 532, *ξ* 71, 367, *χ* 228, *δ* ter et in 127 Iliadis exemplis. 69 (2) exstant exempla in *-σι* terminantia: *δμωσί* *ϱ* 389; *Τρωσί* *γ* 86, *ϑ* 82 et in 66 Iliadis exemplis.

6. Stirpium in *-ιδ* vel *-ι* desinentium[27]) reperiuntur 12 (5) dativi in *-εσσι*: *πραπίδεσσι* *Α* 608, *Σ* 380, 482, *Υ* 12; *η* 92, *ϑ* 547; *ἀγκαλίδεσσι* *Σ* 555, *X* 503; *κληΐδεσσι* *μ* 215; *σανίδεσσι* *φ* 137, 164; *ἐπηγκενίδεσσι* *ε* 253. Haec sunt 42 (6) exempla in *-σι*: *κορωνίσι* *τ* 182, 193 et in 15 Iliadis exemplis: *κληῖσι* *Π* 170, *Ω* 318 et in 13 Odysseae exemplis: *πολυκλήϊσι* *B* 74, 175, *N* 742, *O* 63, *Ψ* 248; *φ* 19; *ἀσπίσι* *Γ* 135, *H* 62; *νείνισι* *Σ* 418; *ἀψῖσι* *E* 487.

7. Comparativi ex suffixo, cujus plenissima forma *-ians* est, formati (G. Curtius, Erl.³ p. 68) 5 (3) exempla praebent in *-σι* desinentia: *πλείοσι* *K* 106; *μ* 196, *τ* 168; *κρείσσοσι* *Φ* 486; *ἀρείοσι* *Δ* 260. Suffixum *-εσσι* occurrit in *πλεόνεσσι* duodecies repetito: *Δ* 281, 325, *N* 739, *O* 611, *Π* 651; *β* 245, 251, *μ* 54, 164, *π* 88, *σ* 63, *χ* 13.

8. Neutrorum in *-ατ* (*-αν*) vel *-ματ* (*-μαν*) exeuntium leguntur 82 (20) dativi in *-σι*: *κρᾱσι*[28]) *K* 152; *κτήμασι* *Γ* 70, 91, *I* 400; *α* 117, *δ* 81, 175, *ξ* 245; *δούρασι* *Φ* 162; *γούνασι*

25) De *α* vocali in dialecto ionica ad *ε* attenuata v. R. Kuehner, ausf. Gr. I² p. 336. adn. 5.

26) Quae littera spirans post *ο* evanuerit, non satis constat. G. Curtius, Erl.³ p. 54 *ϝ* excidisse arbitratur, femininorum, quae in *-οϝι* desiisse comprobavit, analogia imprimis commotus; Al. Rzachius, Ap. Rh. p. 85 *σ* post *ο* aliquando exstitisse existimat. (v. Westphal, meth. Gr. I p. 300 sq.; Kuehner, ausf. Gr. I² p. 340 sq.)

27) De his stirpibus cf. G. Curtius, Grdz.⁵ p. 638 sqq.; Erl.² p. 53. 65.

28) A stirpe *κρα-ατ* (*κρα-αν*) sane est proficiscendum; de hujus vocabuli stirpium varietate v. p. 20.

α 267, 400, *ζ* 310, *η* 142, *π* 129, 443, *τ* 401, *φ* 55 et in 10 Iliadis exemplis; *ὄμμασι* *K* 91, *ε* 492; *προσώπασι* *H* 212; *ποικίλμασι* *Z* 294; *ο* 107; *δώμασι* *Z* 221, *Ψ* 89, *Ω* 281, 803; *α* 402, *δ* 97, *ε* 6, *ο* 542, *φ* 33, *κ* ter; *ἅρμασι* *γ* 478, *δ* 8, *ε* 492, *ϱ* 117 et in 13 Iliadis exemplis: *εἵμασι* *Γ* 392; *κύμασι* *M* 28; *γ* 91, *ϑ* 232, *μ* 419, *ξ* 309, *ϱ* 285, *ε* ter; *οὔασι* *M* 442; *ὠσί*[29]) *μ* 200; *ἥμασι* *Ψ* 891; *ἔγκασι* *Δ* 438; *δέρμασι* *β* 291; *πώμασι* *β* 353; *νοήμασι* *ζ* 183, *ϑ* 548; *ἅλμασι* *ϑ* 103; *πείρασι* *ι* 284; *χρήμασι* *ν* 258.

C. 9. Stirpium in litteras explosivas et *-ν* desinentium exstant in *-εσσι* 150 (36) exempla: *Κρήτεσσι* *Γ* 230, *Δ* 251; *ξ* 205, 234, 382; *Κουρήτεσσι* *I* 551; *Χαρίτεσσι* *P* 51; *κτεάτεσσι* *E* 154, *Z* 426, *I* 482, *Σ* 300, *Ψ* 829 et novies in Odyssea; *νεκάδεσσι* *E* 886; *νιφάδεσσι* *Γ* 222; *σπιλάδεσσι* *γ* 298, *ε* 401; *λιθάδεσσι* *ξ* 36, *ψ* 193; *πόδεσσι* in 16 Iliadis, in 12 Odysseae exemplis; *ὠκυπόδεσσι* *B* 383, *Ψ* 504; *εἰλιπόδεσσι* *Z* 424, *Π* 488; *παίδεσσι* *γ* 381, *ε* 394, *λ* 431; — *κορύθεσσι* *H* 62, *Ξ* 372, *P* 269; *ὀρνίθεσσι* *P* 757, *X* 303; — *Αἰάντεσσι* *Δ* 273, 280, *M* 353, *P* 668, 707; *μιμνόντεσσι* *B* 296; *σπευδόντεσσι* *P* 745; *κλαιόντεσσι* *μ* 311; *ἀκουόντεσσι* *α* 352; *ἱμάντεσσι* *Θ* 544; *Γιγάντεσσι* *η* 59; *πάντεσσι* in 13 Iliadis, in 20 Odysseae exemplis; — *Μυρμιδόνεσσι* *λ* 495 et in 14 Iliadis exemplis; *Παφλαγόνεσσι* *N* 661; *κύνεσσι* *Α* 4, *M* 41, *P* 725, *Ψ* 183; *ἡγεμόνεσσι* *Γ* 1, *M* 87, *N* 801, *Π* 198; *κανόνεσσ'* *N* 407; *περικτιόνεσσι* *Σ* 212, *T* 104, 109; *ἀκτίνεσσι* *K* 547; *λ* 16; *λιμένεσσι* *Ψ* 745; *ἄρνεσσι* *Π* 352; *Κικόνεσσι* *ι* 39, 47; *Κεφαλλήνεσσι* *ω* 378; *ἠϊόνεσσι* *ε* 156; *σταμίνεσσι* *ε* 252; *δαιτυμόνεσσι* *η* 102, *χ* 12. — In *-εσι* exeunt *ἀνάκτεσι* *ο* 557 et *ἴνεσι*[30]) *Ψ* 191; in *-σσι* *ποσσί* in 29 Iliadis et in 15 Odysseae exemplis; denique in *-σι* haec 468 (38) exempla: *τάπησι* *I* 200; *κ* 12; *χάρισι* *ζ* 237; *εἰδόσι* *K* 250, *Ψ* 787; *μεμαῶσι* *M* 200, 218; — *πελειάσι* *Σ* 778; *ἰλλάσι* *N* 572; *παισί* *B* 337, *Δ* 28, *Z* 283, *H* 334, *M* 435, *Υ* 409, *Φ* 185, 460; *η* 149, *ν* 62, 258; *ποσί* in 28 Iliadis, in 21 Odysseae exemplis; — *ὄρνισι* *H* 59:

29) Explicanda est forma ex *οὔασι*, stirpe *οὐατ-* in *ὀϝατ*-*, *ὀατ*-*, *ὠτ-* contracta; sed Nauckius scribit in editione *ἐπ' οὔασ' ἄλειψ'*; G. Curtius, Erl.³ p. 71 *ἐπ' οὔατ' ἄλειψ'* coniecit.

30) Inter stirpes in *-εσ-* desinentes *ἴνεσι* falso enumerat Gerlandus KZ. IX p. 62.

— *ἀέκουσι* *Θ* 487; *μητιόωσι* *Η* 45; *χατέουσι* *Ι* 518; *ν* 280; *ἐλθοῦσι* *γ* 390; *ἐοῦσι* *ξ* 194; *ἔχουσι* *π* 410; *εἰςορόωσι* *ϑ* 327; *γέρουσι* *Δ* 344, *Ζ* 113, *Ι* 70; *ὀδοῦσι* *Ε* 75, *Λ* 114, 175, *Ρ* 63; *λείουσι*[31]) *Ε* 782, *Η* 256, *Θ* 592; *λέουσι* *Χ* 262; *Γίγασι* *κ* 120; *σύμπασι* *γ* 59; *ἅπασι* *Μ* 271, *Π* 291; *πᾶσι* in 62 Iliadis, in 73 Odysseae exemplis; *ἱμᾶσι* *Ε* 727, *Φ* 30, *Ψ* 324, 363; *Κ* quater; *λιμέσι* *Μ* 284, *τ* 189; *ποιμέσι* *Γ* 11; *φρεσί* in 98 Iliadis, in 109 Odysseae exemplis; *τρήρωσι* *Ε* 778; *χιτῶσι* *Φ* 31; *ἀπτῆσι* *Ι* 323; *ἄξοσι* *Π* 378; *διδυμάοσι* *Π* 672, 682; *δαίμοσι* *Ζ* 115, *Ψ* 595; *Μήοσι* *Β* 864; *κυσί* *Λ* 325, *Μ* 303, *Σ* 179, *Ψ* 21, *Ω* 409, *Ρ* ter, *σ* 87, *χ* 476; *ἀκτῖσι* *ε* 479, *τ* 441; *ἑρμῖσι* *ϑ* 278.

10. Stirpium in liquidas exeuntium reperiuntur 93 (9) exempla in *-εσσι*: *μακάρεσσι* *Λ* 599, *Ε* 340, 819, *Ζ* 141, *Ξ* 72, *Ο* 38; *α* 82, *δ* 755, *ε* 186, *ϑ* 326, *κ* 74, *ν* 55, *σ* 426; *ἄνδρεσσι* *α* 358, *κ* 120, *λ* 352, *ν* 390, *φ* 352 et in 15 Iliadis exemplis; *χείρεσσι*[32]) in 20 Iliadis, in 13 Odysseae exemplis; *ὤρεσσι* *Ε* 486; *ἀορτήρεσσι* *Λ* 31; *ϑυγατέρεσσι*[33]) *Ο* 197; *μνηστήρεσσι* in 20 Odysseae exemplis; *ϑήρεσσι* *ε* 473, *ξ* 21; *ἅλεσσι* *λ* 123, *ψ* 270. — In *-εσι* exit unum: *χείρεσι* *Υ* 497; in *-σι* (*-ασι*) autem terminantur 348 (10) dativi: *φηρσί* *Λ* 268; *ῥυτῆρσι* *Π* 475; *ϑηρσί* *ω* 292; *ληϊστῆρσι* *π* 426, *ϱ* 425; *κρητῆρσι* *α* 100, *υ* 253; *λαμπτῆρσι* *σ* 343; *μνηστῆρσι* in 54 Odysseae exemplis; *χερσί* in 129 Iliadis et in 88 Odysseae exemplis; *ἀνδράσι* in 33 Iliadis, in 34 Odysseae exemplis; *ἀστράσι* *χ* 28, 317.

11. Post stirpes in gutturales desinunt in *-εσσι* 43 (16) formae: *Αἰϑίκεσσι* *Β* 744; *Θρήκεσσι* *Ζ* 7; *Κιλίκεσσ᾽* *Ζ* 397; *κηρύκεσσι* *Β* 50, 442, *Ι* 10, *Ψ* 39; *β* 6, *η* 163; *μυλάκεσσι* *Μ* 161; *σάρκεσσι* *Θ* 380, *Ν* 832; *φυλάκεσσι* *Κ* 58, 127, 180, 365; *σφήκεσσι* *Π* 259; *οἰήκεσσι* *Ω* 269; *σκυλάκεσσι* *υ* 14; *Φαιήκεσσι* in 14 Odysseae exemplis; — *πτερύγεσσι* *Β* 462; *β* 149; *τανυπτερύγεσσι* *Μ* 237; *τεττίγεσσι* *Γ* 151; *Λελέγεσσι* *Φ* 86; — *ὀνύχεσσι* *Θ* 248, *Μ* 202, 220; *β* 153, *ο* 161; in *-εσι* exit unum *αἴγεσι* *Κ* 486; exempla in *-σι* sunt haec 37 (7): *κάμαξι* *Σ* 563; *γυναιξί* *Δ* 162, *Ζ* 323, *Φ* 483 et in 28 Odysseae exemplis; *ἕλιξι* *Μ* 293; *φάλαγξι* *Ν* 145; *σύριγξι* *Σ* 526; *ϑριξί* *Ψ* 135; *Φαίηξι* *η* 62.

31) Propter ϝ litteram post *ε* primigeniam (Curtius, Grdz.[5] p. 366) rectius Brugmanus, Stud. IV p. 165 *λήουσι* suspicari videtur. Hartelium *λεύουσι*, Nauckium *λίεσσι* praeferre vidi ex huius viri docti praef. ad Il. part. prior. p. XVI.

32) Etiam forma *ι* carens legitur Hes. Th. 519. 747: *χέρεσσι*; *ι* vocalis littera epenthesi quadam ex *χερι-* (*χειρι-*) stirpe prodiisse videtur (v. Curtius, Grdz.[5] p. 199. 552).

33) Mirus ille dativus, qui stirpis plenam praebet formam, iterum occurrit demum in poesi epica Alexandrinorum et Postalexandrinorum ut apud Nonn. Dion. IX, 28.

12. Stirpium in labiales terminantium dativi in *-εσσι* leguntur non plures quam hi 13 (7): *Δολόπεσσι* *Ι* 484; *μερόπεσσι* *Β* 285; *γύπεσσι* *Λ* 162; *σκολόπεσσι* *Μ* 55, *Ο* 344, *Σ* 177; *η* 45; *Κυκλώπεσσι* *α* 71, *ι* 125, 357, 510; *Αἰϑιόπεσσι* *ε* 287; *ῥίπεσσι* *ε* 256.

Restant haec anomala: *λάεσσι*[34]) *Γ* 80, *Ω* 798; *ξ* 267, *κ* 211, 253; *ξ* 10. *ἀνδραπόδεσσι* *Η* 475; *υἱάσι*[35]) *Ε* 463, *Ο* 197, *Ω* 248, 546; *κ* 7, *ξ* 206, *ϱ* 113, *τ* 466, *φ* 220, *γ* ter.

Quamquam cavendum est, ne nimium singulis numeris attribuamus momenti, tamen eos parvi aestimare omnemque rationem metro attribuere non minus incauti est. Hoc solum monuisse sufficiat:

Post gutturales et labiales plerumque et *-εσσι* et *-σι* facile adhiberi potuit: Inter septem illas stirpes in labiales exeuntes *σκόλοψι** et *Αἰϑίοψι**, quia creticum praeberent, in hexametro collocari plane non, quinque ceteri dativi optime poterant. De stirpibus in gutturales, quae *-εσσι* formationem praebent, formae praeter *πτέρυξι* omnes etiam *-σι* suffixo instructae in metrum quadrant; inter septem dativos in *-σι* *τρίχεσσι* tantum in metrum redigi nequit, *γυναίκεσσιν* et *φαλάγγεσσιν* ante ejusmodi sola vocabula, quae a consonante incipiunt, adhiberi poterant, quattuor ceteri nullam praebent difficultatem: *καμάκεσσι*, *ἑλίκεσσι*, *συρίγγεσσι*, *Φαιήκεσσι*.

At quod majoris momenti mihi esse videtur, hoc est. Primum neutra in *-ατ* (*-ματ*) vel in *-αν* (*-μαν*) exeuntia ne unum quidem *-εσσι* suffixi exemplum in carminibus homericis praebent. Sed cui hoc mirum esse poterit, quia fere semper creticus hac ter-

34) Pristina forma *λάϝεσσι** fuisse videtur; de *λᾶϝας* cf. praecipue Th. Benfey, gr. Wurzellex. II p. 8.

35) De hujus vocabuli stirpium mira varietate cf. Io. Baunackium, Stud. X p. 88 sqq.; Al. Rzachium, Ap. Rh. p. 93 sq.

minatione efficeretur? Ita ex viginti neutris supra enumeratis *κράτεσσι* vel *κραάτεσσι** excepto ne unum quidem propter metri auctoritatem potuit in *-εσσι* exire, nam formae ut *κτημάτεσσι, γουνάτεσσι, ὀμμάτεσσι, κυμάτησσι* in hexametrum non quadrant. Per se autem has stirpes longiorem illam terminationem non perhorruisse elucet ex exemplis, quae facile augeri possunt his: *στομάτεσσι* Ap. Rh. *Δ* 1607; Nonn. VIII, 46, 288 saepius; *ὑδάτεσσι*[36]) Ap. Rh. *Β* 939, *Γ* 860; *σωμάτεσσι* Pind. Pyth. VIII, 82; *παλαισμάτεσσι* Pind. Pyth. VIII, 35; *κυμάτεσσι* Pind. fr. 65, 1. — Etiam in aliis stirpibus in dentales exeuntibus metri necessitate factum esse videtur, ut *-σι* suffixum magnopere vigeret. Ita in metrum non quadrant formae ut *πελειάδεσσι, ἱλλάδεσσι, κορωνίδεσσι, ἀσπίδεσσι, νεηνίδεσσι, Μηόνεσσι, ποιμένεσσι, διδυμαόνεσσι, δαιμόνεσσι, φρένεσσι,* qui dativus exstat Pind. I. III, 5. Contra *φρεσί* in carminibus homericis reperitur in 197 exemplis.

Stirpes in *-ες* desinentes magnam trium *-εσσι, -σσι, -σι* terminationum praebent fluctuationem. Non vero exstant *στηθέεσσι, κηδέεσσι, ἀλγέεσσι, ἐγχέεσσι, βενθέεσσι, τευχέεσσι, ψευδέεσσι, κερδέεσσι, κευθέεσσι* alii dativi, qui optime formari poterant. Quae igitur longiores formae cum in metrum non quadrent, facillime dativi in *-σσι* desinentes, quod nihilominus horum numerus minor est quam illorum, nonne etiam ea re lux quaedam affertur ad *-εσσι, -σσι, -σι* formarum apud has stirpes rationem? v. p. 20 sq. — De stirpibus in *-ι, υ* aut in diphthongum terminantibus vix opus esse videtur aliquid ascribere. Nec tamen omitto, stirpibus in *-ευ* praeter *ἀριστήεσσι*, quod sexies[37]) legitur, semper *-σι* adjungi in his quidem *βασιλεῦσι, ἱππεῦσι, τοκεῦσι, οὐρεῦσι, ἁλιεῦσι, βοεῦσι, ἀμφιφορεῦσι* septem exemplis, quamquam etiam *-εσσι* optime in metrum quadrat.

36) Quamquam cum aliis dativis plane non congruit *ὑδάτεσσι*, quia a stirpe *ὑδαρτ-* proficiscendum esse videtur (Curtius, Grdz.[5] p. 248 sq., Erl.[3] p. 69). Ceterum etiam de duarum stirpium cogitari potest contaminatione, cum *ρ* liquidae sine compensatione ejectio durissima sit, nec facile defendatur *προτί, ποτί* analogia (Baunack, Stud. X p. 101 sqq.; Curtius, Grdz.[5] p. 284 sq.).

37) Quinquies in pede quinto: *ἀριστήεσσιν ἔφηκα* *E* 206; *Λ* 227, *Η* 184, *Ι* 421, *ω* 86 in clausala versus: *ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν*; *Ι* 334 in caesura pedis tertii trochaica: *ἅσσα δ' ἀριστήεσσι δίδου*.

Eadem fere dativi pluralis formarum condicio etiam in ceteris poesis epicae reperitur monumentis, sed ita, ut *-σι* suffixum semper magis luxurietur. Quapropter eas formas, quae exstant in hymnis homericis, apud Hesiodum, Apollonium Rhodium enumerare sufficiat.

In hymnis homericis[38]) occurrunt stirpium alterius declinationis 180 dativi pluralis; atque ita in singulas terminationes distribuuntur, ut legamus:

42 (23) exempla in *-εσσι*
20 (7) „ in *-σσι*
118 (41) „ in *-σι* (*ασι*).

A. 1. Stirpium in *-ι* exeuntium una exstat forma *ὀΐεσσι* III, 288.

2. Post stirpes in *-υ* desinunt in *-εσσι*: *σύεσσι* III, 569; *ἀσταχύεσσι* V, 454; in *-σι* *ἰγνύσι* III, 152; *δρυσί* III, 349; *ὀφρύσι* V, 358; XXXIV, 13.

3. Apud stirpes in diphthongum bis legitur *-εσσι* in *βόεσσι* III, 390; 412; undecies *-σι* in *βοεῦσι* II, 229; *βασιλεῦσι* V 473; *βουσί* IV, 78; III octies exemplis.

B. 4. Stirpium in *-ες* vel *-ας* terminantium reperiuntur 13 (6) exempla in *-σσι*: *νέφεσσι* I, 98; *μέλεσσι* IV, 238; *πελάγεσσι* I, 73; XXXIII, 15; *χείλεσσι* I, 125; *ὄρεσσι* III, 337; *στήθεσσι* septies; 8 (5) formae exeunt in *-εσσι*: *ἐπέεσσι* I, 106; III, 182, V, 118, 336; *νεφέεσσι* IV, 67; *μελέεσσι* XIX, 16; *λεχέεσσι* V, 343; *κεράεσσι* III, 192; denique in *-σι* haec 19 (12) exempla: *λέχεσι* IV, 126; *στήθεσι* VI, 10; *ὄρεσιν* III,33; IV, 54; *οὔρεσι* IV, 18, 160, 266; XX, 4; *ἄνθεσι* I, 139; V, 401, 472; VII, 41; *μήδεσι* V, 453; *κτήνεσι* XXX, 10; *τείρεσι* VIII, 7; *εὐανθέσι* XXX, 14; *χοροήθεσι* XIX, 3; *κεύθεσι* V, 398; **εὐώδεσιν* V, 401.

5. Stirpium in *ο* non nisi *Τρώεσσι* IV, 103, 196 exstat.

6. Apud stirpes in *-ιδ* vel *-ι* semel legitur *-εσσι* in *κραπίδεσσι* III, 49, bis *-σι* in *κάλπισι* V, 107; *τριετηρίσι* XXXIV, 11.

38) Numeris utor eis, quibus hymnos instruxit Aug. Baumeister (Lips. 1860).

7. Neutra in *-αν* (*-μαν*) novies praebent *-σι* suffixum: *ἅρμασι* III, 69; V, 431; *δέρμασι* XIX, 43; *κύμασι* XXVII, 12; *πείρασι* IV, 227; *ὄμμασι* V, 214; VII, 15; *δώμασι* XXIX, 1; *ἔργμασι* XXVII, 20.

C. 8. Stirpium in litteras explosivas et *ν* terminantium reperiuntur in *-εσσι* 11 (9) exempla: *πόδεσσι* V, 317; *ἀελλοπόδεσσι* IV, 217; *Ὀλυμπιάδεσσι* III, 450; *χολάδεσσι* III, 123; *παίδεσσι* I, 148, IV, 197; *πάντεσσι* IV, 205, V, 397; *ὠδίνεσσι* I, 92; *ἀκτίνεσσι* V, 70; *ἄρνεσσι* XXXIII, 10; in *-σσι* exit septies *ποσσί*; in *-σι* terminantur 49 (10) dativi: *πελειάσι* I, 114; *ποσί* octies; *ἅπασι* XIX, 29; *πᾶσι* deciessexies; *λέουσι* III, 569; *ἀγριόδουσι* III, 569; *πλώουσι* XXII, 7; *τρήρωσι* I, 114; *κυσί* III, 570; *φρεσί* in 18 exemplis.

9. Stirpium in liquidas desinentium haec sunt in *-εσσι* 11 (3) exempla: *χείρεσσι* I, 7; II, 337; V, 52, 425, 253; *ἄνδρεσσι* VII, 27; *μακάρεσσι* I, 86; II quater; in *-σι* (*-ασι*) 21 (3) dativi: *ἀνδράσι* I, 65; III, 259; *μνηστῆρσι* II, 30; *χερσί* duodevicies.

10. Apud stirpes in gutturales ter legimus *-εσσι* terminationem in *πτερύγεσσι* III, 544, 553; XXXIII, 13; ter *-σι* in *γυναιξί* IV, 39, 50, 250.

Restat denique *λάεσσι* II, 121.

In carminibus hesiodeis 216 dativi plur. ita distribuuntur, ut occurrant:

68 (39)	exempla	in *-εσσι*
26 (7)	„	in *-σσι*
122 (40)	„	in *-σι* (*ασι*).

Atque Aloisius Rzach, Hes. p. 403 quamquam dativos pluralis in *-εσσι* exeuntes diligenter congessit[39]), terminationum apud singulas stirpes rationem non exposuit nec igitur formas in *-σσι* et *-σι* desinentes collegit.

39) Duo errata in tabulam ab illo viro docto compositam irrepserunt: *γηράντεσσι* Th. 188 pro Opp. 188 et *φαρέεσσι* *E* 898 pro Opp. 198. Praeter tria, ubi Rzachius editionem secutus est Koechlyanam, omnia exempla recepi: *θυέεσσι* Opp. 338; *ἐπέεσσιν* Opp. 186; *φαρέεσσι* Opp. 198, ubi *-σσι* formam legi maluerim. Opp. 338: *ἄλλοτε δὲ σπονδῇσι | θύεσσι τε ἱλάσκεσθαι* et plurimis libris mss. (= *μ* LONT) et metri propter caesuram trochaicam dulcedine et *-ῃs* suffixi ante sequentes consonantes raritate defenditur. Opp. 186: *μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσιν* et plerique codd. praebent *βάζοντες* (= Sa*p* TLIQN) et *βάζοντε-μέμψονται* durissima videtur conjunctio nec defenditur Iliadis loco *Γ* 279, ubi explicatur dualis alio *I* 456 loco. Denique Opp. 198: *λευκοῖσιν φάρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλόν* etsi fere omnes codd. praebent, tamen *φάρεσσι* legendum esse jam complures viri docti suspicati sunt (v. Schoemann, in edit. comm. crit. p. 28). Nec neglegendum est, librarios *-σσι* in *-εσσι* crebrius immutare potius quam ex contrario peccare potuisse.

A. 1. Post stirpes in *-υ* terminantes semel legitur *-εσσι* in *πολέεσσι* Opp. 119; sexies *-σι* in *ἰχθύσι* Opp. 277, Sc. 215; *δάκρυσι* Sc. 132, 270; *ὀφρύσι* Th. 827, 911 exemplis.

2. Stirpium in diphthongum exeuntium occurrunt in *-εσσι*: *βόεσσι* Opp. 454, fr. 80, 2; *νήεσσι* Opp. 164; *ἱππήεσσι*[40]) Th. 439; in *-σι* terminantur haec 18 (5) exempla: *τοκεῦσι* Opp. 188, Th. 435; *βασιλεῦσι* Th. 80, 434; Opp. 202; *γονεῦσι* Opp. 235; *νηυσί* Opp. 634, 689, 808; *βουσί* Sc. 12; Th. 290, Opp. septies.

B. 3. Stirpium in *-ες* vel *-ας* reperiuntur in *-σσι* 17 (6) exempla: *ἔπεσσι* Opp. 186; *στήθεσσι* Opp. 77; Sc. 124, 129; Th. sexies; *μέλεσσι* Th. 152, 673, Opp. 149, Sc. 46; *φάρεσσι* Opp. 198; *τέκεσσι* Sc. 247; *θύεσσι* Opp. 338; in *-εσσι* exeunt 11 (10) exempla: *ἐπέεσσι* Th. 90, Opp. 332; *βελέεσσι* Th. 716; *λεχέεσσι* Th. 798; *φαέεσσι* fr. 83, 4; *πρυλέεσσι* Sc. 193; *γεράεσσι* Th. 449; *πολυφραδέεσσι* Th. 494; *κατηρεφέεσσι* Th. 594; *διηνεκέεσσι* Th. 812; *νεφέεσσι* Opp. 204; in *-σι* terminantur 14 (8) formae: *τεύχεσι* Th. 186, Sc. 60; *ἄνθεσι* Opp. 75, Th. 279, 576; *κεύθεσι* Th. 300, 334, 483; *οὔρεσι* Th. 1001, Opp. 232; *χείλεσι* Opp. 97; *ἤθεσι* Opp. 525; *ἄγγεσι* Opp. 600; *ἔγχεσι* Sc. 190.

4. Stirpium in *ο* desinentium legitur unum exemplum: *δμωσί* Opp. 597 et *δμώεσσι* Opp. 502, 766; fr. 174, 6.

5. Stirpium in *-ιδ* vel *-ι* exstat *πραπίδεσσι* Th. 608.

6. Comparativorum *πλεόνεσσι* Opp. 379 solus dativus.

7. Neutra in *-ατ* (*-αν*) vel *-ματ* (*-μαν*) exeuntia praebent in *-σι* haec 11 (7) exempla: *δώμασι* Th. 285; *οὔασι* Th. 701, 771; *πείρασι* Th. 335, 518, 622; *κτήμασι* Opp. 34; *κύμασι* Opp. 687, 691; *ἅρμασι* Sc. 63; *ὄμμασι* Sc. 262.

40) *Ἐσθλὴ ἱππήεσσι παρέσταμεν*; haec mira forma eoque memorabilior, quia in Iliade sexies reperitur *ἱππεῦσι*, exstat in loco de Hecates numine v. 411—452.

C. 8. Stirpium in litteras explosivas et *-ν* desinentium leguntur in *-εσσι* 22 (14) dativi: *Χαρίτεσσι* fr. 13, 1; *παίδεσσι* Opp. 182, 399; Th. 398; *Ἑλικωνιάδεσσ'* Opp. 658; *πόδεσσι* fr. 221, 2; *ὠκυπόδεσσι* Opp. 816, Sc. 470; *εἰλιπόδεσσι* Th. 290, fr. 80, 2; *Ὀλυμπιάδεσσι* fr. 83, 2; *ὀρνίθεσσι* Opp. 470, fr. 44, 3; *Τιτήνεσσι* Th. 650, 674, 882; *κηφήνεσσι* Opp. 304; *Πανελλήνεσσι* Opp. 528; *ἀκτίνεσσι* Th. 760; *πάντεσσι* Th. 372, 402; *γηράντεσσι* Opp. 188; in *-σσι* terminantur *ποσσί* Opp. 541, 738; Sc. 220, 431, Th. quater; *φωνήεσσι*[41]) Th. 584; denique in *-σι* haec 35 (11) exempla: *παισί* Th. 162; *ποσί* Sc. 63, 217, 273; fr. 213; *φρεσί* fr. 178, 1; Th. quater; Sc. quinquies; Opp. sexies; *Τιτῆσι* Th. 424, 663; *κύσι* Th. 779; *γείτοσι* Opp. 701; *ἅπασι* Opp. 195; *πᾶσι* Opp. 531, 694; Th. quater; *φρονέουσι* Opp. 202; *λέουσι* Sc. 175; *δράκουσι* Sc. 166.

9. Stirpium in liquidas occurrunt in *-εσσι* 18 (3) exempla: *ἄνδρεσσι* Opp. 484, 638; Th. 600; *χείρεσσι* Opp. 94, 152; Th. 487, 575; Sc. 193, 266; *χέρεσσι* Th. 519, 747; *μακάρεσσι* Opp. 120, 139; Sc. 247, 328, 476; Th. 128; fr. 220. Haec sunt in *-σι* (*-ασι*) 36 (4) exempla: *ἀνδράσι* Th. quater, Opp. sexies, Sc. quater; *χερσί* Th. octies, Sc. octies, Opp. ter, fr. 174, 3; *θηρσί* Opp. 277; *τέτρασι* fr. 4, 2.

10. Post stirpes in gutturales exeuntes semel exstat *-σι* in *κάμαξι* Sc. 298, septies *-εσσι* in *ὀνύχεσσι* Opp. 204, 205; Sc. 427; *πτερύγεσσι* Th. 269, Sc. 134; *σκυλάκεσσι* Th. 834; *ἑλίκεσσι* Sc. 295 exemplis.

Denique apud Apollonium Rhodium[42]) 530 qui exstant dativi pluralis ita distribuuntur, ut reperiamus:

195 (78) exempla in *-εσσι*
40 (13) „ in *-σσι*
295 (80) „ in *-σι* (*-ασι*).

Flagrasse igitur videmus virum poesis epicae et arte et for-

41) Memorabilis forma occurrit in clausula versus: *ζωοῖσιν ἐοικότα φωνήεσσιν* Th. 584. Duplex spirans sane explicatur adsimulatione ex *φωνήετ-σιν**; neque unquam formae ut *φωνήεντ-σιν* exstitisse videntur (Erl.[3] p. 65), immo adjectiva *-vant*, *-vat* suffixo instructa antiquitus stirpis variatione declinata esse ex lingua sanscrita elucet.

42) Aloisius Rzach, Ap. Rh. accuratius in harum formarum usum non inquisivit.

mis bene eruditum amore quodam longiorum formarum, utpote quae vetustatis specimina esse viderentur.

A. 1. Stirpium in *-υ* desinentium leguntur in *-εσσι* haec 9 (4) exempla: *γενύεσσι Β* 281, *Δ* 155; *πολέεσσι Α* 273, *Β* 1027, 1216, *Γ* 900, *Δ* 993; *θρασέεσσι Α* 100; *Ἐγχελέεσσι Α* 518; in *-σσι*: *γένυσσι Δ* 830; *πελέκεσσι Δ* 1003, 1683; in *-σι* exeunt hae 16 (7) formae: *ὀφρύσι Α* 178, *Γ* 371, 1024, *Δ* ter; *δάκρυσι Α* 297, *Γ* 673, 1064, 1077; *ἰχθύσι Α* 1011; *δρυσί Γ* 968; *πολέσι Δ* 427; *πώεσι Α* 1340, *Δ* 1486; *ταρφέσι*[43]) *Δ* 13.

2. Post stirpes in diphthongum terminantes occurrunt in *-εσσι* 10 (4) dativi: *βόεσσι Γ* 623; *νήεσσι Β* 749; *ἱππήεσσι Γ* 1274; *ἀριστήεσσι Α* 70, 206; *Β* 464, 685; *Γ* 505; *Δ* 349, 1553; in *-σι* haec 13 (3) exempla: *νηυσί Δ* 237, 453, 1236; *Ἀψυρτεῦσι Δ* 481; *βουσί* novies.

B. 3. Stirpium in *-ες* vel *-ας* reperiuntur in *-σσι* 28 (10) formae: *βέλεσσι Γ* 27; *στήθεσσι Α* 478, *Δ* 1723, *Γ* quater; *φάρεσσι Γ* 863; *λαίφεσσι Α* 1015; *ὄρεσσι Β* 26, *Γ* 858, *Δ* ter; *χρήεσσι*[44]) *Γ* 1198; *κήτεσσι Γ* 1395; *πελάγεσσι Δ* 152, 240; *λήνεσσι Δ* 177; *ἔπεσσι* novies; in *-εσσι* desinunt 61 (18) exempla: *νεφέεσσι Α* 218, 240; *Γ* 1151; *τεκέεσσι Β* 483, *Γ* 694; *βελέεσσι Γ* 774; *ἀχέεσσι Γ* 709, *Β* 862; *θυέεσσι Α* 353, 860; *Γ* 846, *Δ* 246; *φαέεσσι Γ* 1021, *Δ* 1170; *κτερέεσσι Α* 254; *λεχέεσσι Α* 264, *Β* 1012, *Δ* 1071; *σακέεσσι Β* 1067, 1081; *Γ* 1355; *κεράεσσι Α* 431, *Γ* 1297, *Δ* 1616; *ξιφέεσσι Α* 1136, *Β* 265, 288; *μελέεσσι Δ* 677; *ἀρτεμέεσσι Α* 415; *εὐαγέεσσι Α* 1140, *Β* 715; *ὀμηγερέεσσι Β* 467, *Δ* 1369; *γηγενέεσσι Γ* 1380, *Δ* 365; *αἰθρηγενέεσσι Δ* 765; *ἐπέεσσι* vicies quinquies; in *-σι* terminantur 43 (18) dativi: *φάρεσι Γ* 454, 1031; *λαίφεσι Α* 329, *Δ* 299, 596, 1230, 1623; *οὔρεσι Α* 26, 1150; *Β* 476, 523; *Γ* 969, 1085; *Δ* 265; *ἔντεσι Α* 530, *Β* 1221, *Γ* 176, *Δ* 1124, 1535; *τεύχεσι Γ* 499; *Δ* 214, 1098; *Α* ter; *ἴχνεσι Α* 184; *ὀνείδεσι Α* 273; *ἄλγεσι Α* 297, *Δ* 1395, 1652; *ἤθεσι Α* 1211, *Δ* 812; *κώεσι Α* 1090; *δήνεσι Γ* 661, *Δ* 193, 559; *γλήνεσι Δ* 428; *στέρφεσι Δ* 1348; *ἕλεσι Δ* 1405; *χείλεσι Δ* 1457; *ἀτειρέσι Δ* 1375; *ἀπειρέσι Α* 888; *ξαχρηέσι Α* 1159.

43) Cf. *θαμέσι ε* 252; v. p. 31 adn. 20.

44) De hac forma propter *η* vocalem sane primigeniam (v. Brugman, Stud. IV p. 158 sq) memorabili breviter tractavit Al. Rzach, Ap. Rh. p. 37 sq.

4. Stirpium in *-ο* exeuntium leguntur pleniores tantum formae: *ἡρώεσσι* A 100, Δ 1099, 1226 et *δμώεσσι* A 234, 266.

5. Stirpium in *-ιδ* vel *-ι* exstant in *-εσσι* 10 (8) dativi: *γλυφίδεσσι* Γ 218; *ἀγκαλίδεσσι* Δ 137; *πραπίδεσσι* Γ 715; *φολίδεσσι* Δ 144, A 221; *σανίδεσσι* A 787; *Ἀμαζονίδεσσι* B 985; *νοτίδεσσι* Δ 663, 670; *τυπίδεσσι* Δ 762; haec sunt 7 (5) exempla in *-σι*: *παρήϊσι* Δ 172; *Τυρσηνίσι* Δ 856; *νήϊσι* B 417; *ἡρωΐσι* A 1048; *ἀσπίσι* B 1062, 1072, 1076.

6. Comparativa *πλεόνεσσι* praebent solum dativum Δ 339.

7. Apud neutra in *-ατ* (*-αν*) vel *-ματ* (*-μαν*) ter legitur *-εσσι* in *στομάτεσσι* Δ 1607; *ὑδάτεσσι*[45]) Γ 860, B 939 exemplis; hae 57 (18) formae exeunt in *-σι*: *κύμασι* A 366, 506, B 1107, Δ 954; *οὔασι* A 514, Γ 457, 1261; *ὄμμασι* A 519, 631, B 44, Γ 13, 1010, Δ 1040, 1670; *ἔχμασι* A 1200; *ὀνείασι* B 185, Γ 900; *ὀνείρασι* B 306, Δ 664; *πείσμασι* B 496, Γ 1194; *πείρασι* A 81, B 365, Γ 860, Δ quater; *καρήασι*[46]) B 582, Γ 1398; *δείμασι* B 644; *δούρασι* B 1062, Γ 321, 1375; *γούνασι* Γ 1313, Δ 93, 940; *μελεδήμασι* Γ 4, 471; *σέλμασι* Γ 167; *ἅρμασι* Γ 309, 878, 1241; *δώμασι* Δ 1025; *κεράασι*[47]) Δ 978; *ὕδασι* duodecies.

8. Stirpium in litteras explosivas et *ν* desinentium reperiuntur in *-εσσι* 61 (25) dativi: *Χαρίτεσσι* A 1230, Γ 444, 925; *Κουρήτεσσ'* B 1234; *κτεάτεσσι* A 1341, Γ 591; *Πληϊάδεσσι* Γ 226; *Λημνιάδεσσι* B 764; *ληϊάδεσσι* A 612, 806, 823; *σπιλάδεσσι* B 550, Γ 1371, Δ 788, 932; *λιβάδεσσι* Δ 1735; *κεμάδεσσι* Γ 879; *παίδεσσι* A 973; *πόδεσσι* novies; *νεπόδεσσι* Δ 1745; *ἀκτίνεσσι* Γ 163, Δ 126; *ἠϊόνεσσι* Γ 995, Δ 904; *ἀλκυόνεσσι* Δ 363; *ἀκρεμόνεσσι* B 1101, 1145, 1270, Δ 1158; *κανόνεσσι* A 724; *περικτιόνεσσι* A 943; *σφήνεσσι* A 1204; *ἐϋρρήνεσσι* A 49; *κύνεσσι* Δ 110; *ῥήνεσσι* Δ 1497; *κορύθεσσι* Γ 1356; *πάντεσσι* decies sexies; *ἱμάντεσσι* Δ 890; in *-σσι* exit unum *ποσσί* exemplum novies; in *-σι* terminantur hae 71 (22) formae: *Θυιάσι* A 636; *Πληγάσι* B 596; *χερμάσι* B 695; *Ἐχινάσι* Δ 1230; *φορβάσι* Γ 276; *ποσί* B 198, Γ 280, 836, Δ 1644; *παισί* quaterdecies; *κληῖσι* Γ 1269; *Τιτῆσι* A 507; *ῥηγμῖσι* Δ 351; *κυσί* Δ 1393; *δαίμοσι* Δ 1549; *φρεσί* undecies; *Δολίοσι* A 1018; *ἅπασι* A 1356; *πᾶσι* quaterdecies; *ἱμᾶσι* B 67; *ἰοῦσι* octies; *μετιοῦσι* Δ 483; *ὀδοῦσι* Γ 1393, Δ 1512; *χατέουσι* A 837, B 1124; *προφυγοῦσι* B 414.

9. Stirpium in liquidas occurrunt in *-εσσι* 18 (4) exempla: *χείρεσσι* A 373, 552; B 14, 834; Γ 346; Δ 695, 808; *μακάρεσσι* B 531, Γ 381, Δ 1128, 1612, A ter; *θήρεσσι* A 1251, Δ 672; *ἄνδρεσσι* Δ 673, 1059; in *-σι* (*-ασι*) hi 78 (3) dativi: *κρητῆρσι* A 1185; *χερσί* tricies quinqies; *ἀνδράσι* quadragies bis.

10. Stirpium in gutturales exeuntium leguntur in *-εσσι* 14 (8) exempla: *Θρήκεσσι* B 238; *Φαιήκεσσι* Δ 1211; *δονάκεσσι* Γ 6; *οἰήκεσσι* Δ 1274; *κηρύκεσσι* Δ 435; *ἑλίκεσσι* A 438; *πτερύγεσσι* Δ 758, 1465; B quinquies; *σπινθαρύγεσσι* Δ 1544; in *-σι* desinunt hae 8 (3) formae: *Βεβρῦξι* B 758; *γυναιξί* A 869, 1070, B 764, Γ ter; *φάλαγξι* A 376.

11. Post stirpes in labiales bis legitur *-εσσι* in *Δρυόπεσσ'* A 1213, 1218; *μερόπεσσι* Δ 536 exemplis.

Restat denique *υἱάσι* Γ 450, 692.

§ 5. *Lyricorum*) usus.*

De poëtis elegiacis et iambographis jam Io. Gotth. Renner, qui Stud. I, 1 p. 135 sqq. de dialecti indole disputavit, p. 159 sq. etiam dativos plur. in *-εσσι* et *-σσι* desinentes accuratius congessit, nec tamen propter poetarum saec. V. fragmentorum exiguitatem in omnes inquisivit. Atque quod jam vir ille de graecae linguae dialectis unice meritus primus enucleavit, poetas elegiacos ob causas in poesis natura positas ab epica consuetudine minus recedere quam iambographos[48]), id etiam in hac quaestione valet.

---

45) De hujus nominis stirpe v. p. 38 adn. 36.

46) De hujus stirpis apud Apollonium Rhodium varietate v. Rzach, Ap. Rh. p. 93, 73.

47) Hic mirus dativus *κεράασι* non libris mss., qui *κεράεσσι* praebent, sed Gerhardi, lect. Apoll. p. 157 conjectura in recentiorum editiones irrepsit; sed recte mihi judicasse videtur Rzachius, Ap. Rh. p. 86 sq., nec Gerhardi regulam stare posse nec satis ejusmodi formam defendi; immo cum Brunckio *χρυσέοις κεράεσσιν* esse legendum.

*) Numeris utor tertiae recensionis poetarum lyricorum graecorum ab Th. Bergkio habitae, Lips. 1865—67.

48) Henr. Lud. Ahrens, „Ueber die Mischung der Dialecte in der griech. Lyrik“ (Verh. d. Gött. Ph.-Vers. 1853 p. 55—80), v. Renner, Stud. I, 1 p. 136 sqq.

In -σσι exeunt hae 11 formae: πελάγεσσιν Arch. 11, 1; Pseudophoc. 74; δένδρεσσι[49]) Plato 32, 4; στήθεσσι Theog. 121, 387, 507, 899; ποσσί Arch. 58, 4; Theog. 72, 331, 950.

Terminationis in -εσσι reperiuntur 27 exempla praeter dubia duo priore loco commemoranda: ξείνια δυςμενέσιν | λυγρὰ χαριζόμενοι Arch. 7 Bergkius in tertia editione cum schol. Soph. El. 95: ξένια κτέ. et Suid. v. ξένια recte scripsisse videtur pro δυσμενέεσσιν (*BE*) vel δυςμενέσσιν. — Alterum exemplum: χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι εὐπρεπέεσσιν Xenoph. 3, 5 aperte est corruptum; nec tamen satis probabiliter adhuc corruptela est expedita. — Certae sunt hae pleniores formae:

Sol. 6, 1: σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕποιτο, recordatus fortasse clausulae epicae: ἅμ᾽ ἡγεμόνεσσιν ἕποντο *M* 87, *N* 801.

Pseudophoc. 99: νεκύεσσιν; 172: δονάκεσσιν; 181, 188: λεχέεσσι; 75, 163: μακάρεσσιν; 80: πλεόνεσσι; 190: θήρεσσι; 217: τοκέεσσιν[50]).

Theog. 26: πάντεσσ᾽; 373: πάντεσσιν; 522: πλεόνεσσ᾽; 800: πλεόνεσσι; 306, 897: ἄνδρεσσι; 741: μακάρεσσι; 833: κοράκεσσι; 1097: πτερύγεσσιν; 1043: φυλάκεσσι; 559: κτεάτεσσι.

Crit. 7, 10: ψακάδεσσι; 7, 6: κυλίκεσσιν; Plat. 32, 5: καλύκεσσι; 7, 1: Ἰλιάδεσσι γυναιξίν; Arist. 14, 1: πάντεσσι*, Anan. 5, 8: ἰχθύεσσιν.

Non opus esse videtur, dativos in -σι usitatos singillatim enumerare. Hoc paucis astrinxisse sufficiat: Si recte numeravi, in poesi elegiaca et iambica exstant in -εσσι 27, in -σσι 11, in -σι 188 exempla. Atque ita praevalet brevior terminatio, ut sola occurrat apud Tyrtaeum in 15, apud Mimnermum in 10, apud Simonidem Amorginum in 16 exemplis. Callinus δυσμενέσιν fr. 1, 8 tantum praebet; apud Solonem praeter ἡγεμόνεσσι 6, 1 reperiuntur in -σι exeuntes 19, apud Xenophanem praeter locum corruptum fr. 3, 5 ἀγῶσιν 2, 7; ἄνθεσιν 1, 11; χρίμασι 3, 6; apud Archilochum praeter πελάγεσσιν 11, 1 et ποσσί 58, 4 in -σι desinentes 11 formae. Aliquantum igitur alia est terminationum ratio in carminibus Theognideis et Pseudophocylideis, cum in illis occurrant in -εσσι 11 (8), in -σσι 6 (2), in -σι 88 (34); in his in -εσσι 9 (7), in -σσι 1, in -σι 31 (25) dativi.

Similis est terminationum condicio in poesi Graecorum melica. In -σσι desinunt hae 7 formae: φύκεσσι Alcm. fr. 6; σάλεσσι Alcm. fr. 113; στήθεσσιν Prax. fr. 1; πόσσι Sapph. 94, 2; ποσσί Stes. 8, 6; πόλεσσι Anacreont. 13, 22; πελέκεσσι Cor. 18, 5.

Suffixum in -εσσι legitur in his 18 exemplis: Alcm. 26, 3: ἀλκυόνεσσι; 24, 2: δαιτυμόνεσσιν; adde locum aperte corruptum 74, 4: (πέδεσσι ABDP; πέδαισι VL; παίδεσσι Schweighäuser; πέδεστι Bergk). Sapph. 2, 11: ὀππάτεσσι; 5, 2: κυλίκεσσιν; 54, 1: πόδεσσιν; Alc. fr. 79: νάεσιν (Cram. Ann. Ox. I, 298, 17: Αἰολεῖς νέασσι [quod haud dubie errore scriptum est pro νήεσσι] Καπιπλεύσειν νάεσσιν. Ἀλκαῖος. Cf. Et. M. 605, 25); fr. 38: Ἀρκάδεσσι; Erinn. 3, 2: νεκύεσσι; Anacr. 24, 1: πτερύγεσσι; Anacreont. 42, 11: Χαρίτεσσι; Sim. 44, 1: χερνίβεσσιν; Cor. 20, 2: Ταναγρίδεσσι; Bacchyl. 21: πάντεσσι (Neue: πάντεσι); Melanipp. 1, 3: ἁρμάτεσσι; fr. 7: πραπίδεσσι; denique Carmm. popp. 6, 3: Χαρίτεσσιν; fr. adesp. 51: ἁρμάτεσσ᾽.

Vulgaris formationis in -σι egomet numerari 94 exempla. Ita exstant apud Alcmanem: βένθεσι 60, 5; χερσί 34, 5; καμοῦσι 16, 2; apud Sapphonem[51]): στήθεσιν 2, 6; 27, 1; 83, 2; οὔρεσι 94, 1; χέρσιν 78, 2; δύσι fr. 37; δρύσιν 42, 2; πάχεσιν fr. 37; apud Alcaeum: στήθεσι fr. 97; ἄμμεσιν fr. 100.

Non omitto commemorare, apud Ibycum non nisi brevius suffixum reperiri in 4, apud Philoxenum in 5 exemplis; apud Anacreontem praeter πτερύγεσσι 24, 1 occurrere in -σι 7, inter Anacreontea praeter Χαρίτεσσι 42, 11 et πόλεσσι 13, 22 in -σι 20, apud Simonidem praeter χερνίβεσσι 44, 1 in -σι 23 formas.

49) Hom. δένδρεον = δένδρεϝον* cum ex δρυ- stirpe reduplicatione exortum sit (Fritzsche, Stud. VI p. 315; Curtius, Grdz.⁵ p. 238 sq.), δένδρεσσι et δένδρεσι fortasse nonnulli ita explicabunt viri docti, ut in his dativis stirpem in -υ pristinam agnoscant, δένδρε-σσι pro δένδρυ-σσι* formato; equidem de δένδρεσ- stirpe metaplastica potius cogitaverim, quae aperte exstat Herod. VI, 79: τὸ δένδρος.

50) Dativus propter ε litteram priorem satis est memorabilis, cum ἱππήεσσι Th. 439 et ἀριστήεσσι homericum longam η vocalem praebeant; τοκέεσσι explicari videtur ex *τοκήεσσι ut νέεσσι ex νήεσσι. Cf. Δωριέεσσι Theocr. XV, 93.

51) Brevioris suffixi formas non omnes enumerat Ahrensius I p. 115.

Magis ad epicam rationem accedit apud Pindarum[52]) dativi pluralis terminationum condicio. Nam 253 formae, quas in illius carminibus legi, ita distribuuntur, ut occurrant:

74 (57) exempla in *-εσσι*
14 (11) „ in *-σσι*
164 (94) „ in *-σι* (*-ασι*)
1 dativus exeat in *-εσι*.

A. 1. Post stirpes in *-ι* desinentes bis legitur forma in *-εσσι*: *μητίεσσι* Ol. I, 9; *πολίεσσι* fr. 19, 3; semel in *-εσι*: *πολίεσι*[53]) P. VII, 8.

2. Stirpium in *-υ* reperiuntur in *-σι*: *γένυσι* N. V, 6; fr. 186, 3; *πολέσι*[54]) Ol. XIII, 44.

3. Ex stirpibus in diphthongum desinentibus *νάεσσι* P. IV, 56 tantum exit in *-εσσι*, 15 (4) exempla occurrunt in *-σι* terminantia: *τοκεῦσι* P. II, 48; VI, 42; *βασιλεῦσι* Ol. I, 114; N. IV, 84; P. I, 68; I, 14; *βουσί* P. IX, 23; N. X, 60; *ναυσί* Ol. VI, 10; N. V, 9; VII, 29; I. VI, 60; P. ter.

B. 4. Stirpium in *-ες* vel *-ας* reperiuntur in *-σσι* 8 (8) exempla: *κέρδεσσ'* P. I, 92; *ἔντεσσι* Ol. XIII, 20; *ἔπεσσι* Ol. XIII, 25; *βέλεσσι* Ol. IX, 8; *εὐμενέσσι* P. II, 25; *πελάγεσσι* P. IV, 251; *χείλεσσι* P. IX, 63; *τεμένεσσι* N. VII, 94; in *-σι* exstant 38 (24) exempla: *ἔντεσι* N. IX, 22; Ol. IV, 24; VII, 12; P. IV, 235; XII, 21; *ἔπεσι* Ol. I, 87; N. VII, 104; *βέλεσι* N. X, 8; fr. 164, 2; *πελάγεσι* N. III, 23; *ψεύδεσι* Ol. I, 29; P. IV, 99; N. VII, 22; *ἀλαθέσι* Ol. VI, 89; *βένθεσι* Ol. VII, 57; *ἄνθεσι* Ol. VII, 80; N. IV, 21; *ἔχθεσι* P. II, 55; *μήδεσι* P. IV, 27; X, 11; *λέχεσι* P. IV, 51; *συγγενέσι* P. IV, 133; *ξίφεσι* P. IV, 147; *ἤθεσι* P. IV, 258; *τείχεσι* P. IV, 268; *οὔρεσι* P. VI, 21; *ὄρεσιν* N. VI, 44; *ἴχνεσι* P. X, 12; N. VI, 15; *ἔρνεσι* N. VI, 37; IX, 29; I. I, 29; 66; *ἕρκεσι* N. X, 36; *ἄλγεσι* fr. 109, 2: *κεύθεσι* N. X, 56; *εὐτειχέσι* I. VI, 75; *τηλαυγέσι* P. II, 6; duae tantum formae desinunt in *-εσσι*: *μεγαλοκευθέεσσι* P. II, 33; *ἐλεγχέεσσι* N. III, 15.

5. Stirpes in *-ο* non nisi *ἥρωσι* I. VI, 28 praebent dativum.

6. Stirpium in *-ιδ* vel *-ι* terminantium occurrunt in *-εσσι* 7 (7) exempla: *πραπίδεσσι* Ol. XI, 10; *ἀργυρίδεσσι* Ol. IX, 90; *Μαγνητίδεσσι* P. II, 45; *Αἰολίδεσσι* P. II, 69; *Νηρεΐδεσσι* I. VI, 6; *διχομηνίδεσσι* I. VIII, 44; *ἐλπίδεσσι* P. II, 49; in *-σι* hae 5 (3) formae: *φροντίσι* Ol. I, 19; *πραπίσι* Ol. II, 94; *ἐλπίσι* P. III, 23; I. VII, 36; fr. 199.

7. Comparativa *χειρόνεσσι* N. VIII, 22 tantum praebent dativum.

8. Neutrorum in *-ατ* (*-αν*) vel *-ματ* (*-μαν*) exeuntium in *-εσσι* reperiuntur 3 dativi: *παλαισμάτεσσι* P. VIII, 35; *σωμάτεσσι* P. VIII, 82; *κυμάτεσσι* fr. 65, 1; in *-σι* 31 (13) exempla: *παλαίσμασι* Ol. IX, 13; *σώμασι* N. IX, 23; *σάμασι* P. I, 3; IV, 199; *ἅρμασι* P. I, 33; XI, 46; N. IX, 12; I. III, 16; V, 5; fr. 219, 1; *δώμασι* P. IV, 113; IX, 56; N. quinquies; *ὄμμασι* N. VIII, 43; *χεύμασι* N. IX, 39; P. V, 100; *γούνασι* I. II, 26; *μαντεύμασι* P. V, 62; I. VII, 15; *κύμασι* P. IX, 46; *τέρμασι* P. IX, 114; *βουλεύμασι* N. V, 28; *ἕργμασι* N. I, 7; VII, 49; I. I, 47; fr. 14; *χρήμασι* fr. 100, 6.

C. 9. Stirpium in litteras explosivas et *ν* desinentium leguntur in *-εσσι* 45 (32) exempla: *νύκτεσσι* Ol. II, 61; P. IV, 130; *κτεάτεσσι* Ol. V, 24; P. II, 59; *Χαρίτεσσι* Ol. VII, 23; P. IX, 3; N. IX, 54; X, 38; I. II, 19; III, 80; fr. 67, 3; *λεβήτεσσι* I. I, 20; *παίδεσσι* P. I, 79; N. IX, 4; I. IV, 36; fr. 64, 2; 95; *νιφάδεσσι* Ol. VII, 34; *πόδεσσι* N. X, 63; *τριπόδεσσι* I. I, 19; *Ἰσθμιάδεσσι* Ol. XIII, 33; *Νομάδεσσι* fr. 82, 3; *κιόνεσσι* P. IV, 267; *ἁγεμόνεσσι* P. IV, 274; *Αἱμόνεσσι* N. IV, 56; *ἀγκώνεσσι* N. V, 42; *λειμώνεσσι* fr. 106, 2; *αἰόνεσσι* I. I, 33; *Πανελλάνεσσι* I. IV, 29; *δαιμόνεσσι* I. VIII, 24; *ὠδίνεσσι* fr. 65, 2; *φρένεσσι* I. III, 5; *ἐλαυνόντεσσι* Ol. VI, 76; *νικώντεσσι* Ol. VII, 10; *ἑρπόντεσσι* Ol. VII. 52; *θανόντεσσι* Ol. VIII, 77; *ἐλθόντεσσι* P. IV, 30; *θεραπόντεσσι* P. IV, 41; *ἀκόντεσσι* P. IV, 148; IX, 20; *πετόντεσσι* P. V, 50; *εὑρόντεσσι* I. I, 43; *εὑδόντεσσι* fr. 108, 4; *Γιγάντεσσι* N. I, 67; *λεόντεσσι* N. III, 46; in *-σσι* exeunt 6 (3) formae: *Χαρίσσιν* N. V, 54; *θέμισσι* P. IV, 54; *ποσσί* Ol. X, 65;

52) Guil. Aug. Peter, de dial. Pindari, Halis 1866, qui etiam dativi plur. quaestionem l. c. p. 36 sqq. adumbrat, tamen et omnia exempla non congessit et errare videtur in eo, quod praecipit: „Dativi plur. poeta utrāque terminatione: vulgari in *-σι*, longiore in *-σσι* desinente utitur; *jam etsi numerus utriusque formationis exemplorum fere idem est*" — —

53) De hoc dativo v. p. 25.

54) Haec brevior suffixi forma, optimis libris defensa, cum Th. Bergkio legenda esse videtur. Quod Th. Mommsenius cum duobus libris Med. BC *πολέεσσι* scribit, non recte mihi ille egisse videtur.

N. I, 50; III, 52; VIII, 19; in *-σι* denique terminantur 26 (8) exempla: *χάρισι* I. V, 21; *παισί* Ol. III, 35; VII, 41 et octies; *ποσί* Ol. XIII, 114; P. VIII, 32; N. III, 81; *Ἀρκάσι* Ol. XIII, 107; *ἀκτῖσι* Ol. VI, 55; *ᾠδῖσι* P. IX, 85; *φρασί*[55]) Ol. VII, 24; I. III, 2; N. III, 62; P. II, 26; III, 59, 108; IV, 104, 219; *πᾶσι* P. IX, 102.

10. Stirpium in liquidas exeuntium occurrunt in *-εσσι* hae 5 (2) formae: *ἄνδρεσσι* P. II, 65; V, 64; *χείρεσσι* Ol. X, 62; P. IV, 72; 193; in *-σι* (*-ασι*) 38 (3) dativi: *ἀνδράσι* N. III, 72; VI, 10; I. I, 9; VI, 72; VIII, 14; fr. 84, 4 et duodecies; *χερσί* Ol. VII, 51; IX, 30 et quinquies decies; *τέτρασι* Ol. VIII, 68; X, 69; P. VIII, 81.

11. Stirpium in gutturales exstant in *-εσσι* 6 (5) exempla: *ἁλίκεσσι* Ol. I, 61; *κυλίκεσσι* fr. 101, 3; *πτερύγεσσι* I. I, 64; *φορμίγγεσσι* I. V, 27; fr. 106, 5; *ὀρνίχεσσι* P. IV, 190; in *-σι* 7 (3) formae: *ἅλιξι* P. IV, 187; X, 58; *γυναιξί* P. V, 64; N. X, 10; fr. 99, 12; 184, 3; *ὄρνιξι* P. V, 112.

12. Stirpes in labiales terminantes bis praebent *-εσσι* suffixum in *κελαινώπεσσι* P. IV, 212 et *Αἰθιόπεσσι* N. III, 62 exemplis.

In universum igitur quam in poesi epica formarum rationem vidimus, fere eandem aspicimus apud Pindarum; nisi quod stirpes in dentales exeuntes vetustiorem, in spirantes recentiorem praebent colorem.

§ 6. *De dialecti atticae usu.*

Hac de dialecto brevissime quaestionem absolvere possumus: fere enim semper vulgare suffixum in *-σι* occurrit. Neque vero in prosa oratione attica ullum exemplum terminationis in *-εσσι* exstare videtur. — Etiam apud poëtas raro reperiuntur longiores formae, nec nisi eo adhibitae esse videntur consilio, ut vetustatis quaedam species aut efficeretur aut derideretur.

55) Doricus dicitur *φρασί* dativus apud Eust. 32, 14 (v. Ahr. II p. 118). Semel: P. III, 59 ubique *φρεσί*, semel: I. III, 2 *φρασί* ubique legitur: omnibus ceteris locis optimi libri mss. praebent *φρασί*, deterioribus *φρεσί* praebentibus; itaque certe ubique *φρασί* est restituendum (v. Aug. Boeckh, Th. Mommsen in adn. crit. ad h. l.).

Quapropter apud Aeschylum et Sophoclem in canticis solis, ubi bene augent sermonis majestatem et magniloquentiam, illi dativi occurrunt, dum a deverbiorum tenuitate abhorrent. Quos cum jam Bernh. Gerth, Stud. I, 2 p. 255 collegerit, ex Euripidis et Aristophanis fabulis, quae Gerthius attulit exempla, satis habeo iterare.

Apud Aeschylum quinquies repperi terminationem in *-εσσι*: Suppl. 81: *μερόπεσσι*; ibid. 1014: *φυγάδεσσιν*; Pers. 272: *διπλάκεσσιν*; ibid. 548: *βαρίδεσσι*; ibid. 992: *βελέεσσιν*. Accedit unus tantum locus in *-σσι*: Suppl. 751: *νέφεσσι*. — Fortasse non casu quodam factum est, ut in ipsis antiquissimis Aeschyli fabulis longior terminatio reperiatur.

Apud Sophoclem quattuor legi formas in *-εσσι* exeuntes: Aj. 374: *ἑλίκεσσι*; Ant. 116: *κορύθεσσιν*[56]); ibid. 976, 1297: *χείρεσσι*. — Accedit bis in ejusmodi composito, quod non male syntacticum nominatur, forma in *-σσι* desinens:

OR. 1100, Ant. 350: *ὀρεσσιβάτα*.

Euripides non nisi semel in deverbio formationem *-εσσι* adhibuisse videtur: Alc. 756: *ποτῆρα δ᾽ ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβών* — — (v. Gerth, Stud. I, 2 p. 255).

Contra Aristophanes in sententiis tantum utitur illa terminatione epicis: Pax 1075: *μακάρεσσι θεοῖσιν*; ibid. 1093: *ἔσπενδον δεπάεσσιν*; Lys. 520: *πόλεμος δ᾽ ἄνδρεσσι μελήσει* (= Z 492; Y 137); ibid. 774: *ἢν δὲ διαστῶσιν καὶ ἀναπτῶνται πτερύγεσσιν*; vel in lyricis:

Av. 251: *φῦλα μετ᾽ ἀλκυόνεσσι ποτᾶται* = Alcm. 26, 3; Av. 941: *νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἀλᾶται Στράτων* = Pind. fr. 82, 8; Av. 1372: *ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις* = Anacr. 24, 1.

De formarum in *-εσι* terminantium *κλάδεσι* et *κτένεσιν* exemplis v. p. 25.

56) Hic locus Gerthium subterfugit.

CAPUT TERTIUM.

De dativi pluralis forma primigenia ejusque in lingua graeca progressu.

§ 7. *Formam in -σσι (-εσσι, -ασσι) ad sva* indogermanicum recurrere posse.*

Quaenam in linguis cognatis hujus casus formae exstent, cum Osthoffius, Morph. Unters. II p. 1—10 post alios exposuerit, breviter hanc rem absolvam.

Evanuit hic casus in lingua italica, celtica, germanica ita, ut in quattuor tantum linguis remaneret. Et in lingua sanscrita unum *-su* (*-shu*) suffixum reperitur ut in *deveshu*, *sutāsu*, *balishu*, *rājasu*, *bharatsu*, *nāushu*; nam quod recentiore aetate forma nasali littera est instructa: *sũ*, hunc sonum a principali casus formatione alienum postea demum enatum esse recte contendisse videtur Osthoffius p. 1 sq. l. c.

Quod attinet ad linguam iranicam, in dialecto bactriana exstat *-hu* (*-shu*) vel vocali postea producta *-hū* (*-shū*) suffixum, ut in *aspaēshu*, *peshanāhu*, *damohu*, *sarahu*, *tanushu*; quae forma sola vigere videtur in dialecti bactrianae vetustioribus monumentis, dum in recentioribus invenitur etiam *-hva* (*-shva*) suffixum ut in *anaghraeshva*, *unāhva*, *dāmahva*, *arezahva*, *gatushva*. — In dialecti autem persicae vetustioris inscriptionibus *-uvā* (*-shuvā*) formae, bactrianis *-hva* (*-shva*) respondentes, in his tribus exemplis solae reperiuntur: *aniyāuvā*, *dahyushuvā*, *Mādaishuvā* (Spiegel, altpers. Keilinschr. p. 156; Hübschmann, Zur Casuslehre p. 296 sq.). Brevior forma fortasse fortuna non servata est.

Major esse videtur terminationum varietas in linguis lettoslavicis. In lingua quidem palaeoslavica *-chŭ* solum occurrit, quod comparatur cum sanscriticis et bactrianis *-su* (*-shu*) vel *-hu* (*-shu*) formis ut in bulg. *vlŭcĕchŭ*, *rakąchŭ*, *patįchŭ*, *synŭchŭ*. — Sed etiam in dialecto lituanica etsi terminationes magnopere fluctuant, et ita, ut *-su*, *-sa*, *-se* (*s*) formae valeant, tamen in vetustioribus dialecti monumentis *-su* ut in *namůsu*, *kningosu*, *dangůsu* sola vigere aliaeque recentiores formationes esse videntur.[57]) Quod etiam hac in dialecto dativus pluralis interdum in nasalem exire videtur, casu factum est, nam ejusmodi formas non esse primitivas elucet ex iis, quae de hac re disseruit Osthoffius l. l. p. 8 sqq.

Denique in lingua graeca quod Osthoffius l. c. p. 5 contendit, re vera unam dativi formam in *-σι* occurrere, jam nunc vidimus temere id esse edictum; immo sex hujus casus terminationes in altera declinatione reperiuntur: *-ασσι* in tabulis Heracleensibus (v. p. 17 sq., 26); *-ασι* in paucis vocabulis postea nominandis; *-εσσι* in omnium dialectorum vetustiore aetate; *-εσι* (v. p. 24 sqq.) et *-σσι* (v. p. 14 sqq.) in nonnullis poetarum locis; *-σι* denique in fere omnibus dialectis praecipue recentiore aetate.

Atque Boppius quidem, vgl. Gr. I³ p. 503 singularum linguarum terminationibus perlustratis imprimis bactrianis *-hva*, *-shva* et persicis *-uvā*, *-shuvā* suffixis innixus formam locativi pluralis principalem *-sva* fuisse contendit. Quod Schleicherus, Comp.² p. 573, etsi ipse *-sva* „die älteste nachweisbare Form“ nominat, vel *-svas* suffixum construxit, vereor ut audacius egerit. Cum Boppio de forma primigenia consentire Aufrechtium et Gerlandum jam supra declaravi; nec minus Leo Meyer, decl. p. 97, quamquam de graeca forma in *-σι* et sanscritica in *-su* facile conjungendis desperat, tamen fieri potuisse confitetur, ut sanscriticae et bactrianae formationes ex *-sva* principali effluerent.

Atqui bactrianas illas formas in *-hva*, *-shva* et persicas in *-uvā*, *shuvā* principales esse negat Osthoffius l. c. p. 22 sqq., nec parum mihi arrisisse fateor viri docti explicationem, secundum quam *-a* littera tamquam postpositio quaedam ad ipsam casus formam sensim accrevisse autumat.

In tribus igitur linguis cum a *-su* forma primigenia pro-

57) Cf. libros ab Osthoffio l. l. p. 7 commemoratos. — Quaenam inter tres formas ratio intercedat, utrum cum Boppio, vgl. Gr. I³ p. 505 sq. ex *-sa* suffixa *-su* et *-se*, vel cum Schleichero, Comp.² p. 575 ex *-su* vocalis affectione *-se* effluere potuerint, an cum Osthoffio l. c. p. 27—36 *-se* et *-sa* formae recentiores secundum aliarum analogiam exstiterint, id viri hujus linguae me peritiores dijudicent.

ficiscendum esse videatur, Osthoffius l. c. p. 22 suffixum *-sva* indogermanicum reicit et *-su* postulat. Quapropter in tota hac quaestione summi momenti est lingua graeca. Etenim si comprobari poterit, *-σσι* (*-εσσι*) formam in hac lingua principalem esse *nec magni referre ea, quae Osthoffius opposuit argumenta,* concedendum erit, quia ipsius viri docti *-σσι* (*-εσσι*) terminationum explicatio nobis non persuasit, fieri non posse quin *-σσι* = *σϝι** ex *-sva** terminatione indogermanica effluxerit.

Sed jam recenseamus ea, quae Osthoffius contra hanc priorem explicationem profert momenta. Atque primum quidem Osthoffius negat l. c. p. 10 sqq., post singulas linguas inter se divisas *-va* (*-u̯a*) syllabam in *-u* confluere potuisse secundum eam sonorum affectionem, quam „*samprasārana*“ appellant Indorum grammatici; eam enim unius linguae, quam indogermanicam dicimus, propriam esse declarat. Nec minus etiam antiquitus valuisse et in linguam indogermanicam referendas esse censet stirpis quae occurrunt varietates, si quidem *ὕπνος*, bulg. *sŭnŭ*, ir. *suan*, cym. *hun*; contra *svapnas*, bactr. *qafnō*, *svefu*, somnus, lit. *sãpnas* exstant nomina, et vel hoc loco suspicatur: „einen grundsprachlichen wechsel der accentlagerung und vielleicht dazu der accentqualität innerhalb eines und desselben paradigmas.“ (v. l. c. p. 12.) — At in recentioribus linguae sanscritae dialectis eandem illam *-u̯a* in *-u* mutationem patefieri, ne ipse quidem negat.[58] Nec non infringitur regula, quam „ad hoc“ finxisse videtur Osthoffius ea re, quod in graeca lingua *-σσι* terminatio aperte occurrit, quam dubito num quis satis probabiliter alio modo explicare possit.

Quod igitur priore loco ille profert momentum, quodque amplectitur his verbis (l. c. p. 17): „Es kann erstlich nicht die verbreitetste form des loc.-plur.-suffixes *-su* einzelsprachlich aus indogerm. *-sva* hervorgegangen sein. Es kann ferner auch nicht grundsprachlich *-su* aus *-sva* gewandelt sein, wenn daneben die ungewandelte alte form irgendwo in einer einzelsprache (wie hier im iranischen) noch historisch vorliegen soll“, nonne id pendet ex eis tamquam edictis, quae praemiserunt viri illi docti in praefatione ad Morph. Unters. I p. XIII, quibus

58) Confer libros ab Osthoffio l. c. p. 11 laudatos.

nescio an nimis linguae imperent. Etenim jam in lingua illa, quae vocatur indogermanica, etsi aliquando quandam uniformitatem exstitisse sane concedendum est, formarum differentias vel formationum varietates fuisse haud facile quisquam negaverit.[59] Itaque vel Io. Schmidtius vanam quandam imaginem in universum persecutus esse mihi quidem videtur, cum in praefatione ad voc. I p. 9 sq. *ex* praesentibus *rinak'mi, λείπω,* linquo, *bilību, lĕkù* praesens ex radice *rik₂* in lingua indogermanica formatum eruere velit. Immo ex praesentium quadam luxuria (v. G. Curtius, Abh. V² p. 48; Delbrück, altind. verb. p. 171 sqq.) alia lingua aliud retinuit.

Haec brevissime mihi exponenda esse existimavi, ut indicarem, quare cum Osthoffii rationibus et principiis facere nequeam. Egomet quidem, si recte ex *-sva* suffixo *-σσι* graecum effluere potuisse comprobavero, illud indogermanicum putare non dubito, unde quod in graeca lingua *-σϝι** = *-σσι, -σι,* in tribus aliis fortasse *-su* prodierit, quid est aliud nisi dialectorum differentia?

Iam igitur quaeritur, num re vera graecae formae in *-σσι, -εσσι* principali cuidam *-sva** suffixo respondeant.

Atque primum quidem de *-σϝ* litteris in *-σσ-* adsimulatis eo brevius disputari potest, quod ne Osthoffius quidem eum transitum in dubium vocat.[60] Post alios de his litteris egit praecipue Ascoli, krit. Stud. p. 338 sqq. et quamvis paucis Curtius, Grdz.⁵ p. 665 sq. Boppius, vergl. Gr. I³ p. 504 *-σϝ* in *-σσ* transitum defendit *τέσσαρες* tantum notissimo exemplo, ubi autem *-σϝ* ex *τϝ* enatum est secundarium. Nam propter *catvāras,* quattuor (quatuor*), fidvor sane hic ordo est statuendus: *τέτϝαρες**, *τέθϝαρες** (Ascoli, Stud. crit. p. 340), *τέσϝαρες**, *τέσσαρες*. Adici possunt sine dubio: *πέσσυρα· πίσυρα· τέσσαρα; πέσσυρες· τέσσαρες,* quas aeolicae dialecti formas testa-

59) Cf. Ascoli, krit. Stud. p. 309, adn. 40, ubi laudatur M. Brealii liber, cujus est titulus: la langue indoeuropéenne, Journal des Savants, Oct. 1876.

60) In libro, qui inscribitur: „das Verbum in der nominalcomposition“, Jena 1878 p. 343, ubi unum solum aeol. *ἴσσος*, hesych. *γισγόν* = indog. *-visvas** exemplum Osthoffius commemorat; etenim Morph. Unters. II p. 18 de *-σι* tantum cogitare videtur, quod ex *-σϝι** prodire potuerit.

tur Hesychius (Ascoli, krit. Stud. p. 340 sq.; Curtius, Grdz.^{5} p. 488). Alterum solum addidit exemplum in quarta ‘Elementorum’ editione p. 653 G. Curtius: aeol. *ἴσσος* (att. *ἶσος*), quod ex *ϝίσϝος** exortum esse bene illustratur *γισγόν· ἴσον* glossa hesychiana, cum prius *ϝ* etiam homerico *ἐΐσῃ* et linguae sanscritae formis satis confirmetur (Curtius, Grdz.^{5} p. 378; Ascoli, l. l. p. 340).

Sed in quinta editione p. 665 sq. Curtius adjunxit *κονίσσαλος* homericum (var. lect. *κονίσαλος*), quod etsi ne Ascoli quidem commemorat, dilucide confertur cum *swëllan, widerswalm* (Fick, vergl. Wörterb. I^{3} p. 842); deinde praeter locativi plur., de quo quaeritur, suffixum etiam *ἥμισσον* in titulo tegeatico (Cauer, del. 117, 25), ubi legitur: *ἐπὶ τοῖ ἡμίσσοι τᾶς ξαμίαν* (Ascoli, krit. Stud. p. 338 sq.; Gelbke, Stud. II p. 30).

Difficilior est quaestio de *ι* litterae finalis ex *-α* attenuatione, vehementissimeque in hanc explicationem invehitur Osthoffius, Morph. Unters. II p. 18, cum exclamet: „Aus einem indogerm. *-sva** konnte je nach der qualität des grundsprachlichen a-lautes im griech. *-σϝα** oder *-σϝε** oder *-σϝο** werden, aber kein *σϝι**“, et hoc solo argumento innixus l. c. p. 21 ad eam summam perveniat, ut profiteatur: „Hiernach ist die unbrauchbarkeit der fiction des urgriechischen *-σϝι** klar.“ — Ceterum jam Aufrechtius KZ. I p. 117 ex *-sva** principali *-σσο* (*-σο*) tantum aut *-σσυ* (*-συ*) bene prodire potuisse censuerat; rectius sane cum Osthoffio *-σσο* aut *-σσε* dixisset. — Nihilotamenminus haec res nequaquam tam certa est, quae Osthoffio esse videtur. Nam G. Curtius, Grdz.^{5} p. 711 sqq. satis multa exempla congessit, unde illum *α* vel *ε* vocalis in *ι* transitum etiam a graeca lingua non prorsus alienum fuisse elucet, idque inter plurimos viros et doctissimos constare videtur.[61]) Praecipue valet illa attenuatio in dorica et aeolica dialectis (Ahr. II p. 120 sq., 207 sqq.; I p. 78 sq.), sed ita, ut dialecto doricae *ι*, aeolicae *υ* magis placeat. Nec de atticae vel ionicae dialecti exemplis dubitari potest, ut ex vocabulis a Curtio allatis apparet, praesertim cum ille vir doctissimus in omnibus

61) Cf. libros a Curtio, Grdz.^{5} p. 710 laudatos: Pott, Et. Forsch. I^{1} p. 3 sqq.; Leo Meyer, vergl. Gr. I p. 115 sqq.; Christ, Grdz. p. 25 sqq.

attenuationis rationem aperire studeat. Quae omnia non facile crediderim aliter explicare posse Osthoffium, cum jam paucorum alia, quam protulit, explicatio justa dubitatione non semper careat: KZ. XXIII p. 579 sq.; Verb. in der nom. comp. 181 sq., 340 in adn.; Morph. Unters. II p. 19 sq. — Tamen ea, de qua agitur, quaestio ab eis, quae plurimis et doctis viris certa sunt, exemplis ut *ἵππος, πίτνημι, ἴσθι* est eo diversa, quod in his de vocalis litterae media in voce ante consonantes immutatione agitur, illic de finalis. Sed exempla *ι* finalis litterae *ε* vices gerentis non prorsus desunt. Ita *ὀψέ* et *ὄψι* in compositis ut *ὀψιγενής, ὀψιτέλεστος, ὀψιμαθής* aut *ἄγχι* et *ἀγχε* in *ἀγχέμαχος* non facile secerni posse patet; verum utraque forma fortasse ad idem *-ει* suffixum recurrit, quod exstat in *ἀμαχεί* praeter *ἀμαχί* aliis (Curtius, Grdz.^{5} p. 712; Stud. X p. 222). — Itaque *ι* pro *ε* finali positum praebet sane aliquam difficultatem. Quae tamen aliis rationibus improbatis potest eadem via solvi, quam p. 11 vidimus Gerlandum iniisse, ut secundum exemplar dativi singularis *ε* in *ι* transiisse dicamus.

Quapropter ad ultimam, quae *-σσι* (*-εσσι, -ασσι*) suffixi primigenii explicationi obstare videtur, difficultatem accedamus. Dico *ε* vel *α* vocalis inter stirpem et suffixum insertae rationem. Copulativam quidem, quae olim in amore et deliciis erat, vocalem rejecerunt viri docti, praeeunte Schleichero. Nihilotamenminus ex omnibus fere linguis vocales afferri possunt, quae ad formae notionem nihil valent, sed ex litterarum nasalium, liquidarum, spirantium natura procreatas esse jam nunc inter omnes viros doctos constat, eas dico vocales, quas quidam exemplum graecorum grammaticorum secuti *ἀναπτυκτικάς* nominant, Io. Schmidtius, voc. II p. 1 sq. Indorum appellatione arrepta *Svarabhakti* dicit, a quibus quomodo differat „*Schwa* illud indogermanicum“ Gottingensibus acceptum nemo dum docuit. De vocalis illius in graeca lingua ratione jam ante Io. Schmidtium, voc. II p. 307 sqq., 311 sqq. multi et docti viri uberius disseruerunt, quos nominavit G. Curtius, Grdz.^{5} p. 727, cujus explanationes = Grdz.^{5} p. 718—731 respicere hoc loco satis habeo.

Saepe vocalis illa initialis occurrit, potissimumque ante ejusmodi consonantium junctiones, quae spirantem continent.

Pertinent huc, ut alia omittam, *ἄσφι* Aeolum pro *σφί* dictum, *ἐχθές* pro *χθές*, quocum optime convenit, quod etiam in recentioribus linguis vocalis illa ante easdem consonantium junctiones libenter reperitur (Diez, rom. Gr. I^4 p. 241 sqq.).

Sed etiam media in voce non raro procreatur (Curtius, Grdz.^{5} p. 727 sqq.); si *-ρ, -λ* liquidae vel *-μ, -ν* nasales aut praecedunt aut sequuntur, saepissime *ε* et *α* vocales prodeunt ut in *ἀμέσω· ὠμοπλάται* Hesych. (Grdz.^{5} p. 339), *ταράσσω* = *ταράχγω** (verb. I^2 p. 322; Grdz.^{5} p. 729), *παλάσσω* = *παλάκγω** (Grdz.^{5} p. 274. 730). — Eandem *ε* vel *-α* vocalis in dativo pluralis inter stirpem et suffixum insertae rationem esse crediderim. Atque duplicem in modum enasci potuit: aut ex sequenti *-σϜ* spirantium junctura, quae post stirpis consonantem difficilis erat pronuntiatu[62]), aut ex liquidis et nasalibus litteris stirpem terminantibus.

Priore via omnium stirpium in quamlibet consonantem desinentium *ε* vel *α* vocalis explicaretur, posteriore earum tantum stirpium, quae in *-ρ, λ, ν* exeunt. At tum exspectandum erat, dativos in *-εσσι* post liquidas tantum et nasales creberrimos esse, inde demum in alias stirpes quasi exuberasse. Quae tamen res non ita se habet, immo etiam harum stirpium jam multi inveniuntur dativi in *-σι*.[63]). — Hoc autem mihi constat, *ε* vel *α* litteram ab initio procreatam esse in juncturis prolatu non facilibus, inde autem majorem sensim provinciam occupasse.

§ 8. *De principalis formationis graecae progressu.*

Cum igitur non satis gravia esse viderimus ea, quae priori dativi pluralis explicationi opponuntur, argumenta; recentiorum autem sententiam propter causas haud spernendas (v. p. 14 sqq.)

62) In sanscrita verborum conjugatione saepe inseritur *-ι* vocalis, quam ex *-shy* junctura procreatam esse verisimile est in *karishyāmi, bharishyāmi, grahīshyāmi; abodhisham, arodhisham.*

63) Quamquam considerandum est, praeter solum *χερσί*, cujus stirps aliquando *χερι-* fuit (v. p. 36 adn. 32) ubique longam vocalem in stirpe exstare: hom. *φρησί, ῥυτῆρσι, μνηστῆρσι, θηρσί, ληϊστῆρσι, κρητῆρσι, λαμπτῆρσι*; hymn. hom. *μνηστῆρσι*; hes. *θηρσί*; Ap. Rh. *κρητῆρσι*; nec negari posse videtur, ob id ipsum haec vocabula non diu *ε* insertum retinuisse brevique *-σι* sibi adoptasse.

stare non posse comprobasse nobis videamur, summam hujus opusculi tribus potissimum enuntiatis amplecti liceat:

1. Non a *-su*, sed a *-sva* locativi pluralis in lingua, quam statuimus indogermanicam, est proficiscendum tamquam terminatione primigenia.
2. In graeca lingua omnes hujus casus formae ab uno eodemque suffixo principali sunt repetendae.
3. Illud suffixum *-σσι* babendum est, unde plane omnes dativi pluralis formae satis facile explicantur.

De his tamen quia supra jam satis disseruimus, etiam restat, ut de *-σσι* terminationis progressu id quod nobis persuasum habemus, breviter exponamus.

Atque praecipue id statuendum esse videtur, stirpes in vocalem desinentes aliam viam ingressas fuisse atque eas, quae in consonantem exeunt. Illas enim antiquitus vocali *ε* (*α*) non ornatas fuisse, in universum jam recte indicarunt Aufrechtius KZ. I p. 118 et Gerlandus KZ. IX p. 59 in adn., qui tamen de stirpibus in *-ο, α* tantum terminantibus cogitasse videtur. Miror autem equidem, cur omnes, ni fallor, adhuc viri docti post stirpes in diphthongum terminantes antiquitus *ε* insertum esse putaverint, utpote quam vocalem exigua harum stirpium praebeant exempla.

At id etiam quaeritur, quare stirpium in *ι* et *υ* exeuntium pauca tantum, in *-α, ο* et diphthongos desinentium nulla *-σσι* vetustioris suffixi exempla occurrant. Nunquam legimus formas ut *λυκοῖσσι, θεαῖσσι, βασιλεῖσσι*. Equidem libenter in ea opinione acquieverim, quam jam Aufrechtius KZ. I p. 117 sq. protulit et Gerlandus KZ. IX p. 63 probavit, etsi uterque de priore tantum declinatione cogitabat, in longa, quae praecederet, vocali rationem conspiciendam esse. Praeterea magis ad soni litteris exprimendi neglegentiam differentia mihi spectare videtur. Atqui si cui magis placebit, duplicem viam *-σϜι** ingressum esse putari potest, dico eam, ut post breves vocales ad *-σσι* adsimularetur ut in *νέκυσσι, πίτυσσι, γένυσσι, ἴρισσι* omnibusque *-εσσι, -ασσι* suffixi exemplis; post longas autem vocales vel potius post diphthongos *Ϝ* spirans littera eliderctur ut in *λύκοισι, θεαῖσι, βασιλεῦσι, βουσί*. Idem *-σϜ* re vera duplicem commutationis viam ingressum esse, constare videtur

de *sva**, *sava** pronominis reflexivi stirpe principali, quae in lingua graeca ad *σφε* vel *ϝε* dividebatur[64]) (G. Curtius, Grdz.[5] p. 393 sq.).

Difficilior est quaestio de eis, quae in consonantem exeunt, stirpibus, nec pro certo affirmare ausim, quibus in finibus *ε* vel *α* insertum aliquando versatum sit (v. p. 58). Itaque satis habeo, postremo in quaestiones quasdam satis spinosas denuo breviter inquirere.

Primum quod tabularum Heracleensium *α* vocalis etiam vetustior saepe nominatur quam *ε*, ut a Fr. Allenio, Stud. III p. 261, ubi legimus: „paullo antiquius — scil. *-εσσι* terminatione — est Heracl. *-ασσι*“, et a Ric. Meistero, Stud. IV p. 366, qui haec dicit: „nam in ceteris dialectis aut *-ασσι* in *-εσσι* attenuatum est“ —, id nunc quidem probari nequit; immo vocalis internexae antiqua quaedam variatio statuenda esse videtur.

Deinde accedamus ad quaestionem de ejus *-ασι* suffixi origine vexatam, quod exstat in nominibus: *πατράσι, μητράσι, θυγατράσι, υἱάσι; ἀνδράσι, ἀστράσι, γαστράσι* (Dio Cass. 54, 22; aliter Hippocr. de morb. 4, 27: *γαστῆρσι*), *ἀρνάσι* (Arat. v. 1104 et interdum in posterioris graecitatis prosa oratione). — Vix autem hoc loco nominandi sunt *φρασί* et *τετράσι* dativi dorici, quem posteriorem apud poetas non-atticos saepius reperiri patet ex Steph. VII p. 2050.

Ad stirpem *α* illud referendum et *πατάρ-σι** = *πατρά-σι* dividendum esse existimarunt Boppius, vergl. Gr. I[3] p. 507; Schleicherus, Comp.[2] p. 575; Giesius, aeol. Dial. p. 125; Siegismundus, Stud. V p. 167 sq. Eidem sententiae accessit Io. Schmidtius KZ. XXIII p. 357 sq., qui vir doctissimus eo facilius *-tar* suffixi *α* pristinum conservari et *-τρα-σι* ex *-ταρ-σι** prodire potuisse censet, quod *ρ* ante consonantes magis quam ante vocales soni fuscum colorem praeberet. At *ἄνδρεσσι*, quae forma ter reperitur in dialecto boeotica, bis apud Pindarum, saepe in poesi epica; *θυγατέρεσσι* *Ο* 197; *ἄρνεσσι* *Π* 352, hym. Diosc. v. 10, Theocr. XI, 74; *φρένεσσι* Pind. I. III, 5 dativis

64) Transitus *σϝ* in *σφ*, de quo dubitat Fickius, vergl. Wörterb. I[3] p. 795, probatur a Curtio, Grdz.[5] p. 503 sq., 601.

nescio an virorum doctorum sententia refutetur. Neque enim intellego, quo pacto, si quidem re vera a primordio *ἀναρ-**, *ἀνδρα-* stirps erat, etiam *ε* vocalis irrepere potuerit. Nam de analogia quadam hic cogitari vix potest, quia *α* ex illorum sententia ad stirpem pertinens deleta nullam probabilitatis speciem habet. — Immo jam Meisterus, Stud. IV p. 366 praecipue in adn. 8 et Brugmanus, Stud. V p. 331 syncopen suspicati *πατράσι* ex *πατ(ε)ρ-ά-σι* explicarunt, quam tamen sententiam hic vir doctus Stud. IX p. 325, 305 in adn. 22 Osthoffium secutus, Beitr. von Paul-Braune III p. 52 sq. ita immutavit, ut *πατρσί* statueret primigenium, unde *-ρα* syllaba prodiret. Equidem vocalis cujusdam insertae conjecturam retinere maluerim, quam propter litterarum vicinarum naturam in his stirpibus *α* esse, aegre vix intellegitur. *Ἄνδρεσσι* autem et *θυγατέρεσσι* dativi, quo in posteriore etiam stirpis plenior forma non est principalis, secundum aliarum stirpium analogiam exorti nunc facile explicantur. De *υἱάσι* jam Io. Schmidtius, KZ. XXIII p. 357 sq. recte judicavit, ceterorum nominum ad familiam spectantium auctoritate *α* procreatum esse, idque in hoc vocabulo eo facilius statui posse, quod stirpis non occurreret uniformitas. — Quam terminationis in *-ασι* quaestionem ut absolvamus, jam hoc loco etiam *φρασί* et *ἀρνασί* formarum quamvis paucis rationem ineamus. De *φρασί*, quod octies apud Pindarum legitur, jam p. 50 adn. 55 vidimus, dorica dialecto formam contineri, quae dialectus quod *α* pristinum, etiam *εὐφραίνω, ἀφραίνω*, hesych. *φρανίζω* formis defensum, retinuerit, non mirabimur (Ahr. II p. 118), nec cum Schmidtio l. l. p. 357 de *φρένες, φρανσί** cogitabimus flexione.

Alia est res in *ἀρνάσι*, quam tamen formam demum apud Aratum v. 1104 et in posterioris graecitatis prosa oratione (= Ios. A. I. III, 8, 10; 10, 1; Laert. Diog. VIII, 20) inveniri non praetermittendum est; eoque minus formatio haberi posse videtur principalis, quod *ἄρνεσσι* jam Il. *Π* 352 legitur. Sed ad hanc formam statim redibimus.

Iam nunc quaeritur, cur apud dativos ut *φρεσί, ποιμέσι, δαίμοσι* nasalis, quamvis littera continua, sine compensatione sit elisa. Atque Brugmanus quidem Stud. IV p. 77 adn. 13 a *δαίμον-σϝι** profectus hanc seriem statuit: *δαίμον-σϝι**, *δαί-*

μον-σσι, δαίμο-σσι*, δαίμοσι*, cum l. l. p. 76 hanc regulam sibi componeret: „Eliduntur autem (nasales) sine compensatione ante -*σ* cum consona, cum compensatione ante -*σ* cum vocali.“ Quam tamen sententiam immutavit Stud. IX p. 375 sq. adn. 10, ubi de -*ṇ* -*σι* forma cogitat principali, unde -*σι* effluxerit. Id conclusit ex duabus tantum *φρασί* et *ἀρνάσι* formis modo commemoratis, quam posteriorem cum Io. Schmidtio KZ. XXIII p. 357 ex *ϝαράν-σι*, ϝαρνά-σι* prodire non potuisse etsi jam supra probavi[65]), tamen id quod Brugmanus ipse construxit, vereor ut audacius egerit. Ille enim *φρασί* primigenium suspicatus et *ἀρνάσι* ad *ἀράσι** referendum esse ratus, hanc formationem in omnibus stirpibus in nasales terminantibus antiquitus exstitisse et *δαίμοσι, ποιμέσι* pro *δαίμᾰσι*, ποιμᾰσι** ceterorum casuum vocalis auctoritate prodiisse opinatur. Atqui jam supra declaravimus *φρασί* dorica dialecto contineri et *ἀρνάσι* in posteriore demum graecitate occurrere, ita ut omni fundamento Brugmani sententia carere videatur. Adde quod ne una quidem harum stirpium forma in lingua graeca pristinam stirpis varietatem retinuit, ita ut numquam reperiamus *ποιμνός*, ποιμνί** ut *πατρός, πατρί*. Praeterea quanam lingua in locativo pluralis quidem „nasalis sonans“ postulatur? In lingua sanscrita *rājasu, nāmasu* eandem nasalis praebent elisionem. Brugmanus autem exspectare debuit *rājñsu*, aut si Indorum os eam juncturam respuebat, *rājansu**. Itaque in priore Brugmani sententia et explicatione, qua sine compensatione nasalis elidatur, acquiescam, id quod propter eandem in lingua sanscrita et bactriana rationem (Schleicher, Comp.² p. 574) fortasse jam in linguam indogermanicam referendum est. Haec tamen quaestio non facile ad liquidum deduci poterit, ita ut Io. Schmidtii et Brugmani alteram sententiam aliquantulum infregisse satis habeam.

In universum igitur persuasum habeo, stirpes in vocalem vel diphthongum desinentes a primordio *ε* littera inserta caruisse, in consonantes exeuntium multas vel omnes eam sibi adoptasse. Sed diu fieri potuisse, ut severa illa singularum

65) Ceterum Brugmanus ad Io. Schmidtii sententiam reiciendam argumentum non affert.

stirpium distinctio exstaret, num arbitrabimur? Immo -*εσσι* etiam in stirpes in vocalem et diphthongum terminantes transire coepit, ita tamen ut stirpes in diphthongum exeuntes praecipueque in -*ευ* raro *ε* sibi acquirerent. Multo magis evagata est illa vocalis in stirpes in -*ι, υ* desinentes, quocum facile comparaveris, etiam *ο*-vocalem saepissime in ea vocabula composita irrepsisse, a quibus ut *α πιτυοκάμπτης, ἰχθυοφάγος, πολιοῦχος* ab initio aliena erat. — Etiam magis forma vocali illa carens omni priore declinatione fulta et alterius stirpibus in vocalem aut diphthongum exeuntibus invecta est in eas stirpes, quae in consonantem desierunt, atque ita pedetemtim paulatimque invaluit, ut longior terminatio in -*εσσι* refringeretur et paene opprimeretur.

Certaminis igitur et tamquam luctationis inter -*εσσι* et -*σι* terminationes spectaculum quoddam aspicimus, id quod etiam Guil. Scherer in linguae vita ac progressu agnoscit et ingeniose appellat: „Kampf um das Dasein.“ Illud quidem -*σι* innititur „vi inertiae“, qua semper simpliciores fiant litterarum conjunctiones, semper magis confundatur formarum varietas; -*εσσι* autem diu resistit „vi constantiae“ innixum ea, ne nimis stirpis deleatur perspicuitas.

Atque ita miram dativi pluralis graeci formationum varietatem et fluctuationem explicandam esse ratus Georgii Curtii, praeceptoris unice venerandi, auctoritate defendi mihi videor, qui Abh. 1870 p. 5 haec declarat: „Schwächung der Laute entspringt durchweg aus einer gewissen Lässigkeit oder Bequemlichkeit des redenden, die im Laufe der Sprachgeschichte zuzunehmen pflegt. Dieser Lässigkeit gegenüber steht das Streben nach Deutlichkeit. Beide Tendenzen beschränken sich wechselseitig.“

ADDITAMENTUM.

His ipsis diebus Gustavus Meyer edidit librum ad grammaticam graecam spectantem (Lipsiae 1880), cujus editionem cum desiderio exspectavimus.

At de dativo pluralis quaestionem vir doctissimus p. 306 sqq. ita retractavit, ut in universum quidem, praecipue de prioris declinationis formis et terminationibus in *-εσσι*, *-ασσι* exeuntibus cum H. Osthoffio consentiat. Itaque quae ei opposuimus argumenta, eadem contra G. Meyerum valent.